DEL SITO E COSTUMI

DE' POPOLI

# DELLA GERMANIA

E LA VITA

# DI AGRICOLA

DI

## C. CORNELIO TACITO

# OPERE
## DI
# C. CORNELIO TACITO
VOLGARIZZATE
## DA GIUSEPPE PETRUCCI
DELLA COMPAGNIA DI GESÙ

PROFESSOR GIUBILATO DEL COLLEGIO ROMANO
NELLA CLASSE DELL' ELOQUENZA

TOMO VII.



ROMA
NELLA STAMPERIA DE ROMANIS
MDCCCXVI.
*Con Licenza de' Superiori.*

*IMPRIMATUR,*

Si videbitur Rev. P. Mag. Sacri Palatii Apostolici.

Candidus Maria Frattini Archiep. Philipp. Vicesgerens.

---

## *APPROVAZIONE*

*Sempre uguale a se stesso nell' esattezza, e precisione il Chiarissimo Traduttore, questa medesima ha dimostrato in questo Volume, che contiene i due Opuscoli molto piacevoli, e interressanti di C. Cornelio Tacito. Lo giudico pertanto degnissimo della stampa: nulla avendovi trovato, che si opponga alla Cattolica Religione, e al buon costume.*

Roma il dì 7. Maggio 1816.

Michele Belli Arcivescovo di Nazianzo.

---

*IMPRIMATUR.*

Fr. Philippus Anfossi Ord. Præd. Sacri Palatii Apostolici Magister.

## BREVIARIUM.

*I. Germaniæ situs . II. Incolæ . Nominis origo . III. Carmina , barditus : variæque antiquitates. IV. Corporum habitus. V. Soli natura . VI. Germanorum arma . VII. Reges , duces , sacerdotes . VIII. Feminarum constantia et veneratio . IX. Dii , Mercurius , Hercules , Mars , Isis . Simulacra nulla . X. Auspicia , sortes : ex equis , e captivis præsagia . XI. Consultationes publicæ et conventus . XII. Pœnæ . Jus . XIII. Scutum , framea juvenibus data . Principum comites : eorum virtus et fama . XIV. Gentis bellica studia . XV. Pacis artes , venatio et otium . Collata principibus munera . XVI. Vicorum domorumque forma . Specus , suffugium hiemi , et receptaculum frugibus . XVII. Hominum , feminarumque vestitus . XVIII. Severa matrimonia . Dos a marito data . XIX. Adulterii pœna , maritis permissa . XX. Liberorum educatio . Successionis leges . XXI. Patris , propinqui amicitiæ inimicitiæque susceptæ . Homicidiorum pretia . Hospitalitas . XXII. Victus : ebrietas : rixæ : in conviviis consultationes . XXIII. Potus , cibi . XXIV. Juvente ludicrum . Aleæ furor . XXV. Servi , libertini . XXVI. Agrorum cultus et partitio . Anni tempora . XXVII. Funera . Hæc hactenus in commune . XXVIII. Singularum gentium instituta . Galli , olim validi , in Germaniam transgressi . Helvetii , Boii , Gallica gens . Araviscorum , Osorum incertum genus . Treveri , Nervii , Germanicæ originis populi , ut et Vangiones , Triboci , Nemetes , Ubii . XXIX. Batavi , Cattorum proles . Mattiacorum gens . Decumates agri . XXX. Catti , militari disciplina præcipui . XXXII. Usipii , Tencteri , equitatu præstantes . XXXIII. Bructerorum sedes a Chamavis et Angrivariis occupatæ . XXXIV. Dulgibini . Chasuari . Frisii majores et minores . XXXV. Chauci , pacis studiosi . XXXVI. Cherusci et Fosi , a Cattis victi . XXXVII. Cimbrorum parva civitas , gloria ingens . XXXVIII. Suevorum mores . XXXIX. Semnonum reli-*

# SOMMARIO

I. Sito della Germania. II. Abitanti: origine del nome. III. Loro versi, bardito e varie antichità. IV. Qualità de' lor corpi. V. Natura del suolo. VI. Armi dei Germani. VII. Re, capitani, sacerdoti. VIII. Costanza delle donne: venerazione per esse. IX. Dei, ma senza alcun simulacro, Mercurio, Ercole, Marte, Iside. X. Auspicj, sorti, presagj presi dai cavalli, dai prigionieri. XI. Pubbliche consulte e assemblee. XII. Pene e giudizj. XIII. Scudo ed asta data ai giovani: corteggio de' Principi: lor virtù e fama. XIV. Inclinazione alla guerra. XV. Arti di pace. XVI. Forma de' villaggi e delle case. Spelonche ove si ricovran l'inverno e ripongon le biade. XVII. Vestimenti degli uomini e delle donne. XVIII. Severità delle nozze: dote data dal marito. XIX. Pena dell' adulterio permessa al marito. XX. Educazion de' figliuoli: leggi della successione. XXI. Amicizie ed inimicizie del padre o del congiunto addossate. Soddisfazione degli omicidj. Ospitalità. XXII. Lor mense, ubbriachezza, risse, consulte nei conviti. XXIII. Lor bevanda e cibi. XXIV. Giuoco dei giovani. Frenesia ne' giuochi di sorte. XXV. Servi e libertini. XXVI. Coltura e divisione delle campagne. Tempi dell'anno. XXVII. Funerali. Fin quì la descrizione della Germania in genere. XXVIII. Costituzioni delle particolari nazioni. I Galli una volta potenti passati in Germania. Elvezj, Boj, nazioni della Gallia. Origine incerta degli Aravisci, degli Osi, Treveri, Nervj, Vangioni, Triboci, Nemeti, Ubj di origin Germanica. XXIX. Batavi discendenti de' Catti. Nazione de' Mattiaci; Campi Decumati. XXX. Catti superiori agli altri per militar disciplina. XXXII. Usipj, Tenteri; loro cavalleria eccellente. XXXIII. Paese de' Brutteri occupato dai Camavi ed Angrivarj. XXXIV. Dulgibini, Casuari, Frisj maggiori e minori. XXXV. Cauci amanti di pace. XXXVI. Cherusci e Fosi vinti dai Catti. XXXVII. Cimbri piccola ma gloriosa nazione. XXXVIII. Costumi de-

*gio. XL. Langobardi. Reudigni. Aviones. Angli. Varini. Eudoses. Suardones. Nuithones. Herthi, seu Terræ matris, comune sacrum. XLI. Hermunduri. XLII. Narisci. Marcomanni. Quadi. XLIII. Marsigni. Gothini. Osi. Burii. Lygiorum civitates. Arii. Helvecones. Manimi. Elysii. Naharvali. Alcis numen. Gothones. XLIV. Suionum civitates. XLV. Mare pigrum, Aestii succinum legunt. Sitones, quibus femina imperat. XLVI. Peucini. Venedi. Fenni. Eorum feritas, et paupertas. Hominum monstra, Hellusii, Oxiones.*

Libellum hunc scripsit Tacitus.

*An. U. C. Ær. Chr.*

DCCCLI. 98. *COSS.* { *M. Cocceio Nerva Aug. IV.*<br>*M. Ulpio Trajano Cæsare II.*

gli Svevi. XXXIX. Religion dei Sennoni. XL. Langobardi, Reudigni, Avioni, Angli, Varini, Eudosi, Suardoni, Nuitoni. Sacrificio comune in onor di Erto, ossia della Terra madre. XLI. Ermunduri. XLII. Narisci, Marcomanni, Quadi. XLIII. Marsigni, Gotini, Osi, Burj, Ligj, Arj, Elveconi, Manimi, Elisj, Naarvali e lor Dio Alci, Gotoni. XLIV. Città de' Sujoni. XLV. Mare pigro. Estj raccoglitori dell'ambra. Sitoni governati da una femmina. XLVI. Peucini, Venedi, Fenni. Lor ferocia e povertà. Ellusj, Ossioni, uomini mostruosi.

*Scrisse Tacito quest' opuscolo l'*

Anno di Roma, di Cristo

DCCCLI. 98. CONSOLI { M. Cocceio Nerva Augusto la IV. volta. M. Ulpio Trajano Cesare la II volta.

## Germaniæ situs.

I. *Germania omnis a Gallis Rætisque et Pannoniis, Rheno et Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque, mutuo metu, aut montibus separatur. Cetera Oceanus ambit, latos sinus, et insularum immensa spatia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus, ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus, Ræticarum Alpium inaccesso ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, septemtrionali Oceano miscetur. Danubius, molli et clementer edito montis Abnobæ jugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat: septimum enim os paludibus hauritur.*

## Incolæ. Nominis origo.

II. *Ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos: quia nec terra olim, sed classibus advehebantur, qui mutare sedes quærebant; et immensus ultra, utque sic dixerim, adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus*

## *Sito della Germania.*

I. Il Reno e 'l Danubio dividono la Germania tutta dai Galli, Reti e Pannonj, e il timor reciproco e i monti dai Sarmati e Daci. L'Oceano circonda il resto, larghi golfi abbracciando ed isole immense, dove alcuni popoli e Re sono stati scoperti nelle ultime guerre. Il Reno nascendo nell' inaccessibile e precipitosa cima delle Alpi Retiche, e leggermente piegando a Ponente coll' Oceano settentrional si confonde. Il Danubio sgorgando dalla sommità dolcemente inalzantesi del monte Abnoba bagna molti popoli, finchè nel mar Pontico per sei fooi si scarica: la settima si perde nelle paludi.

## *Abitanti: Origine del nome.*

II. Io son di parere i Germani trarre origine dal lor paese non mai misti con altri per arrivo e accoglienza di forestieri; perchè chi voleva una volta mutar paese non per terra viaggiava ma per mare; e poche sono le navi che varchin dal nostro mondo per così dire a ritro-

*aditur. Quis porro, præter periculum horridi et ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret? informem terris, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit. Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ et annalium genus est)* Tuistonem deum, terra editum, et filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tres filios adsignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Herminones, ceteri Istevones vocentur. *Quidam autem, licentia vetustatis,* plures deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suevos, Vandalios *adfirmant*: eaque vera et antiqua nomina. Ceterum Germaniæ vocabulum recens, et nuper additum: quoniam, qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paullatim, ut omnes, primum a victore, ob metum, mox a seipsis, invento nomine, *Germani* vocarentur. Fuisse apud eos et Herculem *memorant*; *primumque omnium virorum fortium ituri in prœlia canunt*.

so (1) l'immensità dell'Oceano. E chi mai, quand' anche non l'atterrisse il pericolo d'un mare orrido e ignoto, lascerebbe l'Asia o l'Africa o l'Italia per la Germania di terreno informe, d'aspro clima, incolta, tetra a vedere, seppur non fosse sua patria? Citando antichi versi, che sono l'uniche lor memorie e quasi annali, vantano il Dio *Tuistone* nato dalla terra, e 'l figliuol suo *Manno* per padri e fondatori della nazione. Assegnano a *Manno* tre figliuoli, dai nomi de' quali i vicini all'Oceano *Ingevoni*, quei di mezzo *Erminoni*, gli altri *Istevoni* furon chiamati. Alcuni poi abusando dell'antichità affermano esser nati da quel Dio più figliuoli, e da loro denominate più genti; i Marsi, i Gambrivj, gli Svevi, i Vandalj: questi esser veri e antichi nomi, quel di Germani nuovo e di fresco aggiunto (2): perocchè i primi che passato il Reno cacciarono i Galli, e Tungri ora si chiamano, furono allor detti Germani; il qual nome inventato prima dai vincitori per atterrire, così a poco a poco prevalse, che benchè fosse d'un solo popolo fu poi da tutta la nazione adottato. Dicono ancora esservi stato tra loro un Ercole, e gli cantan lodi come al primo degli Eroi quand' entrano in battaglia.

Carmina, barditus: variæque antiquitates.

III. *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem* Barditum *vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur: terrent enim, trepidantve, prout sonuit acies. Nec tam voces illæ, quam virtutis concentus, videntur: adfectatur præcipue asperitas soni, et fractum murmur, objectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescat. Ceterum et* Ulixem *quidam opinantur,* longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniæ terras, Asciburgiumque, quod, in ripa Rheni situm, hodieque incolitur, ab ille constitutum, nominatumque ΑΣΚΙΠΥΡΓΙΟΝ. Aram quin etiam Ulixi consecratam, adjecto Laertæ patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaque, et tumulos quosdam, Græcis literis inscriptos, in confinio Germaniæ Rætiæque adhuc exstare: *quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidem.*

*Loro versi, bardito e varie antichità.*

III. Hann'anche altre canzoni di guerra, e 'l tuono con cui le cantano chiamano Bardito (3): con esso accendon gli animi, presagiscon da esso la sorte della futura battaglia; e il vario suo suono, stimato da essi non un accordo di voci, ma di valore, ispira furore o spavento ai soldati. Amano specialmente il suono aspro e lo strepito interrotto; e perchè la voce ripercossa lo renda più pieno e spaventoso si accostano alla bocca gli scudi. Alcuni credono ancora che Ulisse nella sua lunga e favolosa navigazione trasportato fosse in quell'Oceano, entrasse nelle terre della Germania, e sulla ripa del Reno fondasse una città abitata ancor oggidì, e la chiamasse *Asciburgo*: dicon inoltre essersi ivi già trovata un'ara a lui sacra col nome di Laerte suo padre; e alcune memorie e sepolcri con Greche lettere vedersi ancora ne' confini della Germania e della Rezia: le quali cose non è mio scopo con argomenti affermare o confutare: ciascuno a suo senno le creda o le nieghi.

Corporum habitus.

IV. *Ipse eorum opinionibus accedo, qui* Germaniæ populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam, et sinceram, et tantum sui similem gentem exstitisse *arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces et cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, et tantum ad impetum valida: laboris atque operum non eadem patientia: minimeque sitim æstumque tolerare, frigora atque inediam cælo solove adsueverunt.*

Soli natura.

V. *Terra, etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus fœda: humidior, qua Gallias, ventosior, qua Noricum ac Pannoniam aspicit: satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, sed plerumque improcera: ne armentis quidem suus honor, aut gloria frontis: numero gaudent: eæque solæ et gratissimæ opes sunt. Argentum et aurum propitii an*

*Qualità de' lor corpi .*

IV. Io m' attengo all' opinion di coloro, i quali credono i Germani non mai imbastarditi con maritaggi stranieri, essersi conservati proprj e schietti e somiglianti solo a sè stessi. Onde hanno tutti, benchè in sì gran numero, una medesima forma: occhi truci e cilestri, capel rosso, corpi grandi, atti solo all' impeto, ma non così alle fatiche e ai lavori: nè reggono alla sete ed al caldo come alla fame ed al freddo, a cui per la qualità del lor cielo e terreno sono avvezzi.

*Natura del suolo .*

V. Il lor suolo, sebbene non è eguale per tutto, generalmente è orrido per selve o per paludi deforme: più umido dove le Gallie, più ventoso dove il Norico e la Pannonia risguarda: fertile di biade, sterile di piante fruttificanti; fecondo di bestiame, ma per lo più minuto: mancano ancor gli armenti dell' onor della fronte: il lor numero più che la qualità forma la sola e più gradita ricchezza del paese. Gli Dei gli han negato, non so se

*irati dii negaverint, dubito. Nec tamen adfirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? Possessione et usu haud perinde adficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, legatis et principibus eorum muneri data, non in alia vilitate, quam quæ humo finguntur: quamquam proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent, formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt, atque eligunt: interiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem, et diu notam, Serratos, Bigatosque. Argentum quoque magis, quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac vilia mercantibus.*

## Germanorum arma.

VI. *Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur: hastas, vel ipsorum vocabulo* frameas, *gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri, et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus,*

per favore o per ira, argento ed oro. Non direi però non trovarsene in Germania alcuna vena: e chi l'ha mai esplorato? ma il possesso e l'uso di tali metalli non si prezza come da noi. Merita avvertenza che de' vasi d'argento donati ai loro ambasciadori e capi fanno i Germani quel conto che fan dei vasi di terra: sebbene i più vicini a noi per uso di commercio stiman l'oro e l'argento, e ben conoscono e preferiscono alle altre certa sorte di nostre monete: quei che sono più addentro usano il semplice e antico commercio della mutazion delle merci. Tra le monete amano quelle, che da gran tempo sono in corso ed hanno il segno della sega (4), o l'impronta della biga; e più quelle d'argento che d'oro, non già per alcuna affezione, ma perchè essendo in più numero son anche più comode a comprar le merci più vili e comuni.

*Armi de' Germani.*

VI. Scarseggiano ancor di ferro; e 'l poco numero delle loro spade e lunghe lance il dimostra. Portan aste che chiaman *framee* con angusto e breve ferro, ma sì penetranti e maneggevoli, che con esse secondo il bisogno combatton da presso o da lungi: la cavalleria

*vel eminus pugnent: et eques quidem scuto frameaque contentus est: pedites et missilia spargunt, plura singuli, atque in immensum vibrant: nudi, aut sagulo leves: nulla cultus jactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt: paucis loricæ: vix uni alterive cassis, aut galea. Equi non forma, non velocitate conspicui: sed nec variare gyros, in morem nostrum, docentur. In rectum, aut uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo posterior sit. In universum æstimanti, plus penes peditem roboris: eoque mixti prœliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni juventute delectos ante aciem locant. Definitur et numerus: centeni ex singulis pagis sunt; idque ipsum inter suos vocantur: et quod primo numerus fuit, jam nomen et honor est. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis prœliis referunt. Scutum reliquisse præcipuum flagitium: nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas: multique superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.*

si contenta dello scudo solo e dell'asta; i fanti hanno frecce, e ciascun molte, e le scagliano ad immensa distanza: van nudi o coperti di leggier sajo: non fanno pompa d'ornamenti, fuorchè negli scudi che dipingono co' più scelti colori: pochi portan la corazza; uno o due l'elmo o 'l caschetto (5). I lor cavalli non son riguardevoli nè per bellezza nè per velocità, nè come i nostri al volteggiare addestrati. Spinti van dritto; ad una giravolta piegano a destra, e tanto unitamente che niun resta addietro. Parlando in genere son più forti ne' fanti; i quali scelti da tutta la gioventù, e collocati alle prime file con velocità proporzionata all'equestri pugne combatton misti ai cavalli. Fisso è il lor numero: se ne scelgono cento per contado; e chiamati i *cento*, quel che prima era numero divenne titol d'onore. I loro eserciti son disposti a puntoni. Ceder combattendo il posto, purchè poi si ricuperi, è presso loro più arte che paura. Anche nelle battaglie svantaggiose riportano i corpi de' loro. Infamia somma è il lasciar lo scudo; e chi lo ha lasciato non può intervenire ai sagrificj o nelle assemblee: molti per non sopravvivere a quest'onta si sono impiccati dopo la guerra.

*Re, capitani, sacerdoti.*

VII. Nella scelta de'Re han riguardo alla nobiltà, de' capitani al valore. Nè la potestà dei Re è illimitata o arbitraria; e i capitani comandano più coll'esempio e col farsi vedere e ammirar pronti a combattere innanzi agli altri, che coll'autorità. Punire, imprigionare, battere ai soli sacerdoti è permesso, non come per pena o comando di capitano, ma quasi per ordin del Dio, ch'essi credono assistere ai combattenti, e ne portano in battaglia le immagini e alcune insegne tratte dai sacri boschi. Non caso o fortuito radunamento, ma scelta fatta tra le famiglie e i parenti forma lor frotte o bande, ciò che gli sprona più di tutto a virtù; e combatton vicino ai pegni più cari per udir gli urli delle femmine e i vagiti de' bambini, testimonj e lodatori a ciascuno i più santi e più grandi. Porgono le ferite alle madri, alle mogli, le quali esigendole da essi le contano senza spavento (6). Esse a vicenda portano ai combattenti conforto e cibo.

Feminarum constantia et veneratio.

VIII. *Memoriæ proditur, quasdam acies, inclinatas jam et labantes, a feminis restitutas, constantia precum, et objectu pectorum, et monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent: adeò, ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellæ quoque nobiles imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid, et providum putant: nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus, sub divo Vespasiano, Veledam, diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed et olim Auriniam, et complures alias venerati sunt; non adulatione, nec tamquam facerent deas.*

Dii, Mercurius, Hercules, Mars, Isis.
Simulacra nulla.

IX. *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus, humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant: pars Suevorum et Isidi sacrificat. Unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum,*

*Costanza delle donne: venerazione per esse.*

VIII. E' fama tra loro aver qualche volta le femmine rincorato le schiere già vacillanti e cedenti colla costanza delle preghiere, coll'opporre i petti, col mostrar la vicina schiavitù, che tanto essi abborrono più per le lor donne, che per sè stessi: talchè per maggiormente assicurarsi degli animi delle città esigono fra gli ostaggi illustri fanciulle. Credon anzi aver le donne una certa santità e provvidenza; nè disprezzano i lor consigli o risposte. Vedemmo sotto il divo Vespasiano Veleda lungo tempo tenuta da molti per Dea. Venerarono prima anche Aurinia e molte altre come vere Dee, non come per adulazione fatte tali da loro (7).

*Dei, ma senza alcun simulacro, Mercurio, Ercole, Marte, Iside.*

IX. Sopra ogni altro Dio adoran Mercurio, e credon dovergli sagrificare in certi giorni vittime umane. Placan Ercole e Marte con animali ordinarj: una parte degli Svevi sagrifica anche ad Iside. Onde, e perchè questo rito straniero avesse origine non m'è noto abbastanza:

*in modum liburnæ figuratum, docet advectam religionem. Ceterum, nec cohibere parietibus deos, nec in ullam humani oris speciem adsimulare, ex magnitudine cælestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.*

Auspicia, sortes: ex equis, e captivis præsagia.

X. *Auspicia, sortesque, ut qui maxime, observant. Sortium consuetudo simplex: virgam, frugiferæ arbori decisam, in surculos amputant, eosque, notis quibusdam discretos, super candidam vestem temere ac fortuito spargunt: mox, si publice consulatur, sacerdos civitatis, sin privatim, ipse paterfamiliæ, precatus deos, cælumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt, nulla, de eadem re, in eumdem diem, consultatio: sin permissum, auspiciorum adhuc fides exigitur. Et illud quidem etiam hic notum, avium voces, volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præsagia ac monitus experi-*

so bene che la nave rappresentante la Dea indica esser venuto di fuori. Non chiudono entro a mura i lor Dei, nè li rappresentano con umane sembianze, credendo ciò disconvenirsi alla grandezza celeste. Consagran boschi e foreste, e chiaman con nomi divini quell'orror solitario, che adorano e non comprendono.

*Auspicj, sorti, presagj presi dai cavalli, dai prigionieri.*

X. Osservan più ch'altri mai gli auspicj e le sorti. L'uso delle sorti è semplice: tagliano in piccioli stecchi una verga recisa da un albero fruttifero, e impressivi alcuni segni gli spargono così alla rinfusa sopra una candida veste: poi se di pubblico affar si consulta il sacerdote della città, se di privato il padre di famiglia, dopo aver pregato gli Dei e guardando il cielo, ne prende ciascuno tre volte, e secondo il segno impressovi prima gl'interpreta. Se la cosa è vietata dalla sorte non se ne tratta più in quel giorno, se permessa uopo è confermarla ancor cogli auspicj; sapendo essi ancora esplorare le voci e i voli degli uccelli. Quel che han di proprio si è l'osservar anche gli auspicj ed i presagi de'cavalli, che a pubbliche spe-

*ri : publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi, et nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos, ac rex, vel princeps civitatis, comitantur, hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspicio major fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros deorum, illos conscios putant. Est et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum est, captivum, quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt: victoria hujus, vel illius, pro præjudicio accipitur.*

Consultationes publicæ et conventus.

XI. *De minoribus rebus principes consultant; de majoribus omnes: ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur* (a). *Coeunt, nisi quid fortuitum et subditum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condi-*

(a) *Apud principes pertractentur*. Lege cum Mureto, Acidalio ec. *prætractentur*.

se ne' sagri boschi si nutrono, di pelo bianco nè usati ad alcun servigio mortale. Aggiogati ad un sagro carro il sacerdote o Re o Principe della città gli accompagna e ne osserva i fremiti e i nitriti. A quest'auspicio prestan fede più che ad altri non solo i plebei, ma i nobili ancora e i sacerdoti; i quali credon d' essere i ministri de' segreti dai numi affidati a que' cavalli. Osservan anche in altro modo gli auspicj quando esplorano i successi delle gran guerre. Prendon comunque possono un prigioniero fatto di quella gente con cui han guerra, e il fan combattere con un de' loro più bravi, ciascuno coll'armi patrie: dalla vittoria dell' uno o dell' altro formano anticipato giudizio.

*Pubbliche consulte e assemblee.*

XI. I Principi de' piccoli affari, la nazione intiera consulta de' grandi, e può deciderne, purchè ancor questi sieno stati prima discussi dai Principi. Si radunano, se improvviso caso nol vieta, in giorni fissi, a luna o nuova o piena, credendoli i più felici per cominciare gli affari: nè segnano ne' lor decreti o intimazioni i giorni, come noi, ma le notti, credendo che

*eunt: nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec ut jussi conveniunt* (a), *sed et alter, et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. Ut turbæ placuit, considunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum et coercendi jus est, imperatur. Mox rex, vel princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, autoritate suadendi magis, quam jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.*

## Pœnæ. Jus.

XII. *Licet apud concilium accusare quoque, et discrimen capitis intendere. Distinctio pœnarum ex delicto: proditores et transfugas arboribus suspendunt: ignavos, et imbelles, et corpore infames, cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed et levioribus delictis, pro modo, pœna* (b).

(a) *Non simul, nec ut jussi conveniunt.* Valgo *nec jussi.* Correxit Lipsius e veteri codice, in quo scribitur *nec injussi.* Infra pro *ut turbæ placuit*; omnino legendum cum Gronovio *ut turba placuit.*

la notte preceda il giorno. Chiamati non tutti insieme si radunano, nè al tempo prescritto, e consumano indugiando a venire due e tre dì: disordin che nasce dalla lor libertà. Quando il numero par che basti, seggono armati. I sacerdoti che allora hanno anche dritto di tenerli a freno impongon silenzio. Poi parla il Re, o uno de' primi secondo l'età o nobiltà o gloria militare o facondia, con autorità di persuadere piuttosto che dritto di comandare. Se il suo parere dispiace lo disprezzano fremendo; se piace percuoton le picche. L'approvazion più onorifica è il lodare coll'armi.

## *Pene e giudizj.*

XII. E' lecito in queste adunanze l'accusar di delitti ancor capitali. Varie secondo i delitti sono le pene: sospendono a un albero i traditori e fuggitivi: sommergon nel fango d'una palude sotto un graticcio i poltroni, i vili, quei che hanno disonorato il lor corpo, per dimostrare che le colpe vergognose si vogliono occultare allorchè si puniscono, palesar le altre. I delitti men gravi han pena proporzionata.

(b) *Pro modo, pœna*. Ita scribendum esse vidit Acidalius, et sic dedit Ernestus pro vulgato *pœnarum*, in quo syllaba ultima adhæsit e verbis sequentibus.

*Equorum pecorumque numero convicti multantur : pars multæ regi , vel civitati , pars ipsi , qui vindicatur , vel propinquis ejus exsolvitur. Eliguntur in iisdem conciliis et principes , qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul et auctoritas , adsunt .*

Scutum , framea juvenibus data . Principum comites: eorum virtus et fama.

XIII. *Nihil autem neque publicæ , neque privatæ rei , nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiquam moris , quam civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio, vel principum aliquis , vel pater, vel propinquus scuto frameaque juvenem ornant : hæc apud illos toga , hic primus juventæ honos : ante hoc domûs pars videntur, mox reipublicæ. Insignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentulis adsignant. Ceteris robustioribus ac jampridem probatis aggregantur : nec rubor , inter comites aspici. Gradus quin etiam et ipse comitatus habet , judicio ejus , quem sectantur : magnaque et comitum æmulatio , quibus primus apud principem suum locus ; et principum ,*

Chi n'è convinto è condannato ad una multa di bestiame o cavalli: parte va al Re o alla città, parte al danneggiato o a' suoi parenti. In queste assemblee scelgonsi ancora i Principi, che rendon ragione ne' villaggi e contadi; e tra la plebe cento compagni a ciascun d' essi, per consigliarli insieme e tenerli a dovere.

*Scudo ed asta data ai giovani: corteggio de' Principi: lor virtù e fama.*

XIII. Nè pubblico nè privato affare trattano se non armati. Ma niuno prima d'essere approvato dalla città può prender l'armi. Allora nella stessa assemblea o un de' Principi, o il padre o un parente arma il giovane di scudo e d' asta: questa è la lor toga, questo il primo onor de' giovani: prima son riputati membri della lor casa, allora della repubblica. Un' insigne nobiltà, o i meriti grandi de' padri fan degni ancora i giovinetti d' essere ascritti tra i Principi. Gli altri (8) aggregati ai più robusti e già da prima approvati non si vergognan di fare ad un di essi la corte, il quale assegna loro a suo giudizio uno de' diversi gradi: i giovani fanno a gara d' avere il primo, i capi di esser corteggiati da più e dai più bravi.

di arme, bardature, collane. Han già appreso da noi a ricevere anche il denaro.

*Forma de' villaggi e delle case. Spelonche ove si ricovran l'inverno e ripongon le biade.*

XVI. E' noto abbastanza abitare i Germani non in città ma in borghi: quì divisi e sparsi ove un fonte, un campo, un bosco gli alletta, fan le lor case non congiunte fra loro come le nostre, ma staccate ciascuna da' suoi spazj all'intorno, o per guardarsi dagl' incendj o per imperizia di fabbricare. Non usan mattoni nè tegole, servendosi sempre di materiali informi senza curarsi di bellezza o diletto. Sol qualche industria si vede in certi luoghi che impiastrano di terra sì pura e rilucente, che rassembra i colori d'una pittura. Sogliono ancora aprir sotterra alcune spelonche, e ricoprirle sopra di molto letame: quì si riparano dal rigore del verno; quì ripongon le biade; e il nemico se viene saccheggia i luoghi aperti: questi nascondigli o non sa se vi sieno, o è costretto con suo rischio a cercarli.

*equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulæ, et quamquam incompti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedunt. Materia munificentiæ per bella et raptus. Nec arare terram, aut exspectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostes et vulnera mereri: pigrum quin immo et iners videtur, sudore adquirere, quod possis sanguine parare.*

Pacis artes, venatio et otium. Collata principibus munera.

XV. *Quotiens bella non ineunt, non multum penatibus; plus per otium transigunt, dediti somno, ciboque. Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus, et penatium, et agrorum cura feminis senibusque, et infirmissimo cuique ex familia, ipsi hebent: mira diversitate naturæ, cum iidem homines sic ament inertiam, et oderint quietem. Mos est civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus, vel armentorum, vel frugum; quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit. Gaudent præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo a singulis, sed publice mittuntur: electi equi, magna arma, phaleræ,*

val da guerra, altri quell'asta vittoriosa e tinta di sangue; ed in vece di soldo mensa lauta, benchè rozza. A questa liberalità dan materia le prede fatte in guerra. E' più difficile indurli ad arar la terra ed aspettarne un anno il frutto, che a provocare il nemico e riportar ferite: anzi lenta e vil cosa estimano acquistar col sudore quel che posson col sangue.

*Arti di pace, caccia, ozio. Doni offerti ai Principi.*

XV. Se non han guerra si danno alquanto alla caccia, ma più all'ozio, al sonno, al cibo. I più forti e bellicosi, lasciata alle femmine, ai vecchi e a' più deboli della famiglia la cura degli affari domestici e della campagna, poltriscon senza far niente, con maravigliosa contrarietà di natura, amando tanto i medesimi uomini l'ozio ed abborrendo il riposo. E' costume della città che ognuna doni spontaneamente ai Principi porzione de' suoi armenti e ricolti; ciò che lor serve d'onore, e ne' bisogni di soccorso. Gradiscono sopra tutto i doni che mandano non solo i particolari, ma il Pubblico ancora delle vicine nazioni: scelti cavalli, gran-

Nell'aver sempre intorno uno scelto stuolo di giovani consiste il lor decoro, la lor forza: ornamento in pace, sostegno in guerra. Nè solo fra' suoi, ma presso ancora i vicini i più rinomati e gloriosi son quei, che sorpassan gli altri in numero e valor di seguaci. Son per ambascerie ricercati, onorati con doni, e colla sola fama per lo più traggono a fine le guerre.

### *Inclinazione alla guerra.*

XIV. Nelle battaglie è vergogna al capo l'esser vinto di virtù, ai suoi compagni il non pareggiarlo. Chi poi morto il capo torna vivo dalla battaglia è per tutta la vita vituperoso ed infame. Giurano principalmente di difenderlo, di sostenerlo, d'attribuire a sua gloria le loro imprese più belle. I capi combattono per la vittoria, per il lor capo i compagni. Se la città in cui son nati per lunga pace ed ozio languisce, i più de' nobili giovanetti passano in quelle nazioni dov'è guerra; perchè nemici son della quiete, e fra' pericoli si fan più facilmente conoscere, e gran numero di compagni senza preda e guerra mal si sostiene. Perocchè esigon dalla liberalità del lor capo, altri quel ca-

Hominum, feminarumque vestitus.

XVII. *Tegumen omnibus sagum, fibula, aut, si desit, spina consertum. Cetera intecti, totos dies juxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. Gerunt et ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras, et detracta velamina spargunt maculis pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis, quam viris habitus, nisi quod feminæ sæpius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos: sed et proxima pars pectoris patet.*

Severa matrimonia. Dos a marito data.

XVIII. *Quamquam severa illic matrimonia: nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui*

*Vestimenti degli uomini e delle donne.*

XVII. Tutti vestono un sajo appuntato con una fibbia, o questa mancando con una spina: nel resto ignudi passano intorno al focolare gl' interi giorni. Una veste non ondeggiante, come quella de' Sarmati e Parti, ma stretta e mostrante la forma d' ogni membro distingue i più ricchi. Portan anche pelli di fiere, con poco artificio i vicini al Reno, con più i più lontani, che per mancanza di commercio altro non hanno. Da scelte fiere tratte son queste pelli, e screziate di macchie e d'altre pelli di bestie, che quell'Oceano più rimoto e a noi sconosciuto produce. Le donne vestono come gli uomini; se non che spesso portan veli di lino vergati di porpora, ma senza maniche; nude gli omeri e le braccia e la vicina parte del petto.

*Severità delle nozze: dote data dal marito.*

XVIII. Eppur severi son colle mogli; nè in altro più li loderesti che ne' matrimonj. Perocchè quasi soli tra barbari si contentano d' una moglie, tranne pochi; non già perchè sieno li-

madre allatta i suoi figli, nè gli affida a serve nè a balie. Non per alcuna squisitezza d'educazione discerneresti il padrone dal servo: tra 'l medesimo bestiame e sul terreno medesimo s'allevano, finchè l'età divide i liberi, la virtù li distingue. Tardi conoscono amore i giovani, e perciò più vigorosa è la lor pubertà: tardi ancor si maritano le fanciulle: di pari gioventù, altezza e vigore s'accoppian uomini e donne, e la robustezza de'genitori si trasfonde ne'figli. I figli delle sorelle son presso il zio in pregio egualmente che presso il padre. Alcuni ancora credono questo vincol di sangue più santo e più stretto, e nel ricevere ostaggi preferiscono i nipoti, perchè abbracciando più famiglie (11) par loro che leghi gli animi più fortemente. Nondimeno i figliuoli, benchè non s'usi far testamento, sono gli eredi e i successori. Mancando i figli succedono come più prossimi i fratelli, i zii paterni, i materni. Tanto più sono graditi i vecchi, quanti più hanno parenti ed affini; nè la mancanza de'figliuoli porta seco alcun frutto (12).

*inritationibus corruptæ. Literarum secreta viri pariter ac feminæ ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna præsens, et maritis permissa. Accisis crinibus, nudatam, coram propinquis, expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia: non forma, non ætate, non opibus maritum invenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere et corrumpi, sæculum vocatur. Melius quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantum virgines nubunt, et cum spe votoque uxoris semel transigitur. Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus, unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur: plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.*

Liberorum educatio. Successionis leges.

XX. *In omni domo nudi ac sordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excre-*

tacoli e degl' irritanti conviti. I segreti delle lettere sono ignoti agli uomini e alle donne. Pochissimi in sì numerosa gente son gli adulterj, de' quali è pronta ed al marito permessa la pena. Taglia alla moglie i capelli, e spogliata alla presenza de' parenti la caccia di casa, e la batte per tutto il villaggio. Neppur si perdona a fanciulla impudica (9): quantunque bella, giovine, ricca non troverebbe marito. Perocchè niuno fra loro si ride de' vizj; nè il sedurre e farsi sedurre si chiama usanza del secolo. Meglio ancor si costuma in quella città, in cui non si maritan che vergini; nè speranza o desiderio d'esser moglie s'appaga più d'una volta: onde non potendo avere che un sol marito, come un sol corpo, un'anima sola, non pensino o bramin più oltre, ed amino in lui più che il marito il matrimonio. Limitare il numero de' figliuoli, o ucciderne alcuno de' soprannati (10) s'ha per gran delitto; e più vagliono ivi i buoni costumi che altrove le buone leggi.

*Educazion de' figliuoli: leggi della successione.*

XX. In ogni casa ignudi e sordidi crescono a questa robustezza di membra, e altezza di corpo, che noi maravigliando veggiamo. La

bidinosi, ma perchè essendo nobili ambiti da molte. Non la moglie al marito, ma il marito offre alla moglie la dote. V'intervengono i genitori e i parenti, ed approvano i doni: son questi non già donnesche delizie o abbigliamenti, onde la nuova sposa s'adorni, ma un pajo di bovi, un cavallo imbrigliato, uno scudo, un'asta, una spada. Con questi doni è ricevuta la moglie, la quale a vicenda reca qualche arme al marito. Questo credono essere il vincol più forte, questi i sacri arcani, questi gli Dei delle nozze. E perchè la moglie non creda di non aver più a pensare nè a virtù nè a casi di guerra, fra i riti del novel matrimonio l'avvertono, entrar essa a parte col marito delle fatiche e de' pericoli, dover fare e patir lo stesso in pace e in guerra: questo significare i i bovi aggiogati, il cavallo bardato, le armi date: dover così vivere, così morire, e consegnare ai figliuoli le cose che riceve, intatte e degne d'esser poi ricevute dalle nuore, e da queste tramandate ai nipoti.

*Pena dell'adulterio permessa al marito*

XIX. Vivono adunque gelosamente guardate, e lontane dalla corruttela dei lusinghieri spet-

Patris, propinqui amicitiæ inimicitiæque susceptæ. Homicidiorum pretia. Hospitalitas.

XXI. *Suscipere tam inimicitias, seu patris, seu propinqui, quam amicitias necesse est: nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus: utiliter in publicum; quia periculosiores sunt inimicitiæ juxta libertatem. Convictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcumque mortalium arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Cum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes, proximam domum non invitati adeunt: nec interest: pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad jus hospitii, nemo discernit. Abeunti, si quid poposcerit* (a), *concedere moris: et poscendi invicem eadem facilitas. Gaudent muneribus: sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis.*

(a) *Si quid poposcerit*. Vulgo *poposceris*. Correxit ex scriptis et editis ante Rhenanum Ernestus.

*Amicizie ed inimicizie del padre o del congiunto addossate. Soddisfazione degli omicidj. Ospitalità.*

XXI. E' presso loro necessità l'addossarsi tanto le inimicizie che le amicizie del padre o del congiunto: ma gli odj non sono implacabili. Poichè l'omicidio stesso si sconta con certo numero di bovi o di pecore; e tutta la famiglia dell'occiso lo riceve in soddisfazion dell'offesa: costume utile al pubblico, essendo le inimicizie più pericolose dov'è più libertà. Niun'altra nazione è più liberale coi convitati e cogli ospiti. Cacciar di casa chi che sia s'ha per delitto: ciascun secondo sue forze prepara all'ospite le vivande; e quando non ve n'è più gli mostra la casa vicina e vel conduce: poco importa che non sieno invitati, son ambo accolti con pari cortesia; che per debito di ospitalità, non si bada a chi è o non è conosciuto. All'ospite che parte s'usa concedere ciò che domanda; e con pari facilità si può domandare a vicenda. Amano i doni: ma dandoli non credono di obbligare, nè ricevendoli di obbligarsi. Così tra gli ospiti regna sempre la buona cera.

Victus: ebrietas: rixæ: in conviviis consultationes.

XXII. *Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur, sæpius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat. Lauti, cibum capiunt: separatæ singulis sedes, et sua cuique mensa. Tum ad negotia, nec minus sæpe ad convivia procedunt armati. Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebræ, ut inter vinolentos, rixæ, raro conviciis, sæpius cæde et vulneribus transiguntur. Sed et de reconciliandis invicem inimicis, et jungendis adfinitatibus, et adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant: tamquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta, nec callida, aperit adhuc secreta pectoris, licentia joci* (a). *Ergo detecta et nuda omnium mens postera die retractatur; et salva utriusque temporis ratio est. Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt.*

(a) *Licentia joci*. Ita cum Ernesto dedimus e scriptis et editis ante Lipsium, cujus in editione, operarum, ut videtur, errore, irrepsit *licentia loci*.

*Lor mense, ubbriachezza, risse, consulte ne' conviti.*

XXII. Appena desti dal sonno, che spesso prolungano fino al dì, si lavan con aqua per lo più calda a cagion dell'inverno quasi continuo. Lavati mangiano, ciascuno nella sua seggiola e nella sua mensa: quindi armati vanno alle faccende, nè meno spesso ai conviti. Consumar giorno e notte bevendo non è vergogna; e le frequenti risse solite tra ubbriachi di rado finiscono in villanìe, più spesso in omicidj e ferite. Trattano per lo più ne' conviti di riconciliar nemici, di stringer parentadi, di crear Principi, di far pace o guerra; come se in niun altro tempo maggiormente ai semplici pensieri s'aprisse l'animo, o si riscaldasse ai grandi. La libertà degli scherzi induce anch'oggi quella gente non astuta nè scaltra ad aprire i segreti del cuore. Ma scoperta così la mente di tutti l'affar si ritratta il giorno appresso, e si ha riguardo all'un tempo ed all'altro (13). Consultan quando non sanno fingere, risolvon quando non possono errare.

Potus, cibi.

XXIII. *Potui humor, ex hordeo aut frumento, in quamdam similitudinem vini corruptus. Proximi ripæ et vinum mercantur. Cibi simplices: agrestia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. Adversus sitim non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis, quam armis, vincentur.*

Juventæ ludicrum. Aleæ furor.

XXIV. *Genus spectaculorum unum, atque in omni cœtu idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se, atque infestas frameas, saltu jaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decorem: non in quæstum tamen, aut mercedem: quamvis audacis lasciviæ pretium est, voluptas spectantium. Aleam (quod mirere) sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo jactu de libertate et de corpore contendant. Victus vo-*

*Lor bevanda e cibi.*

XXIII. Sugo d'orzo, o frumento fermentato a guisa di vino è lor bevanda. I vicini al Reno comprano anche il vino. I cibi son semplici: pomi salvatichi, cacciagion fresca, o latte rappreso. Si sfamano senza apparecchio, senza condimenti. Non son così temperanti nel dissetarsi. Se li lascerai ber quanto vogliono, più facilmente potrai vincerli coll' ubbriachezza che coll' armi.

*Giuoco de' giovani. Frenesia ne' giuochi di sorte.*

XXIV. Hanno un solo spettacolo, ed è in ogni adunanza lo stesso. Giovani ignudi, ai quali piace un tal giuoco, si lancian d'un salto tra il menar delle spade e dell'aste. Dall'esercizio venne l'arte, dall'arte la leggiadria di questo giuoco, in cui benchè tanto pericoloso non cercan guadagno o altra mercede, fuorchè il solo piacere de' riguardanti. E' da stupire come sobrj trattino il giuoco dei dadi qual cosa seria son sì temerarj, che per risarcire la perdita non avendo più altro avventuran per ultimo tiro la libertà e la persona. Il vinto benchè più

*luntariam servitutem adit: quamvis junior, quamvis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re prava pervicacia: ipsi fidem vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriæ exsolvant.*

## Servi, libertini.

XXV. *Ceteris servis, non, in nostrum morem, descriptis per familiam ministeriis, utuntur. Suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, ut colono, injungit: et servus hactenus paret. Cetera domûs officia uxor ac liberi exsequuntur. Verberare servum ac vinculis et opere coercere, rarum. Occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod impune. Libertini non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, numquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.*

giovane e robusto fattosi spontaneamente schiavo si lascia legare e vendere. Tanta è in cosa malvagia la loro ostinazione! essi chiamanla fede! Il vincitore per liberarsi dalla vergogna di tal vittoria, vende sì fatti schiavi.

*Servi e libertini.*

XXV. Gli altri servi non son, come i nostri, destinati ai diversi ministeri della famiglia. Ciascuno ha la sua casa, e l'amministra a suo talento; nè è tenuto ad altro che a dare al padrone, qual colono, quella quantità di frumento bestiame o vesti, ch' egli gl'impone. La moglie e i figli fan le altre faccende di casa. Di rado condannano i servi al bastone, ai ferri, ai lavori. Piuttosto gli uccidono, non per esempio o severità, ma per impeto d' ira, come se fosser nemici, ma senza portarne pena. Poco migliore è la condizione de' libertini: di rado se ne fa conto in casa; non mai nello stato, fuorchè in quelle nazioni che sono soggette ai Re, dove arrivano ad esser più potenti dei liberi e nobili: altrove i libertini inferiori agli altri son segno di libertà.

Agrorum cultus et partitio.
Anni tempora.

XXVI. *Fenus agitare, et in usuras extendere, ignotum: ideoque magis servatur, quam si vetitum esset. Agri, pro numero cultorum, ab universis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur: facilitatem partiendi camporum spatia præstant. Arva per annos mutant; et superest ager: nec enim cum ubertate et amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant, et prata separent, et hortos rigent: sola terræ seges imperatur. Unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species: hiems, et ver, et æstas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur.*

Funera. Hæc hactenus
in commune.

XXVII. *Funerum nulla ambitio: id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vestibus, nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quo-*

*Coltura e divisione delle campagne. Tempi dell' anno.*

XXVI. Non san che sia moltiplicar con usure i loro interessi, e quest' ignoranza val più d' un divieto. I terreni son per tutto occupati a vicenda secondo il numero de' coltivatori, e secondo il lor grado divisi. L' ampiezza delle campagne facilita la divisione. Benchè mutin terreno ogni anno (14), ne avanza loro; perchè non piantando pomieri, nè chiudendo prati, nè annaffiando giardini l' industria lor non gareggia colla fertilità ed estensione del suolo: non altro vogliono dalla terra che biade. Onde dividon l' anno in meno stagioni: conoscono inverno, primavera, estate, e n' hanno i nomi: dell' autunno non conoscono nè il nome nè i frutti.

*Funerali. Fin quì la descrizione della Germania in genere.*

XXVII. Ne' funerali non aman pompa: solamente bruciano con certa specie di legne i corpi degli uomini illustri. Nè vesti nè odori gittan sulla catasta del rogo: ciascuno s'arde col-

*rumdam igni et equus adjicitur. Sepulcrum cespes erigit. Monumentorum arduum et operosum honorem, ut gravem defunctis, aspernantur. Lamenta ac lacrymas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. Feminis lugere honestum est: viris meminisse.*

Singularum gentium instituta. Galli, olim validi, in Germaniam transgressi. Helvetii, Boii, Gallica gens. Araviscorum, Osorum incertum genus. Treveri, Nervii, Germanicæ originis populi, ut et Vangiones, Triboci, Nemetes, Ubii.

XXVIII. *Hæc in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc singularum gentium instituta, ritusque, quatenus differant, quæ nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam. Validiores olim Gallorum res fuisse, summus auctorum divus Julius tradit: eoque credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos. Quantulum enim amnis obstabat, quominus, ut quæque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes, promiscuas adhuc, et nulla regnorum*

le sue armi, alcuni ancora col loro cavallo. Fanno di cespugli il sepolcro; e fuggono i monumenti d'alta e laboriosa mole, credendoli più di peso che d'onore ai defunti. Presto lasciano i piagnistei, tardi il dolore e la mestizia. Alle donne onesta cosa è piangere i morti, agli uomini averne memoria.

*Costituzioni delle particolari nazioni. I Galli una volta potenti passati in Germania. Elvezj, Boj, nazioni della Gallia. Origine incerta degli Aravisci, degli Osi. Treveri, Nervj, Vangioni, Triboci, Nemeti, Ubj di origin Germanica.*

XXVIII. Questo è quello che in generale abbiamo inteso dell'origine e costumi di tutti i Germani. Or dirò delle costituzioni di ciascuna nazione, in che sien diversi i lor riti, e quali sien quelle che di Germania passarono in Gallia. Il divo Giulio, scrittore di somma autorità, riferisce che più potenti una volta furono i Galli; ed è credibil perciò che passassero ancora in Germania. Perocchè quanto mai poteva un fiume impedire che le nazioni divenute più forti occupassero e cangiasser paesi comuni ancora, nè divisi dalla forza di al-

*potentia divisas? Igitur inter Hercyniam silvam, Rhenumque et Mœnum amnes, Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc* Bojemi *nomen, significatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. Sed utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum natione, an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, cum eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est: quia, pari olim inopia ac libertate, eadem utriusque ripæ bona malaque erant. Treveri et Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitiosi sunt; tamquam, per hanc gloriam sanguinis, a similitudine et inertia Gallorum separentur. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes. Ne Ubii quidem* (a), *quamquam Romana colonia esse meruerint, ac libentius* Agrippinenses *conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim, et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.*

(a) *Ne Ubii quidem*. Ita Gruterus e vestigiis mss. et vetustiss editorum, in quibus legitur *Nubii*. In vulgatis deest negatio.

cun Re? Gli Elvezj adunque si stabilirono in quel tratto, ch'è tra la selva Ercinia e i fiumi Reno e Meno, i Boj nell'altro più oltre, popoli amendue della Gallia. Il nome di *Bojemi* conserva ancora in que' luoghi, benchè mutati gli abitatori, l'antica memoria. Ma se gli Aravisci passassero in Pannonia dagli Osi, nazion de' Germani, o gli Osi dagli Aravisci in Germania, ritenendo ancora lo stesso linguaggio, leggi e costumi, è cosa incerta: oltrechè pari una volta nell'una e nell'altra riva eran l'inopia e la libertà, pari i beni ed i mali. I Treveri e i Nervj han l'ambizion di vantare origin Germanica, come se questa li distinguesse dalla somiglianza e fiacchezza de'Galli. I Vangioni, i Triboci, i Nemeti abitanti sulla stessa riva del Reno, son senza dubbio Germani. Neppur gli Ubj si vergognano di questa origine, benchè abbian meritato d'esser colonia Romana, e più volentieri dal nome di chi la fondò *Agrippinesi* si chiamino; passati una volta di quà dal Reno, e dopo le prove date della lor fede su quella riva medesima collocati, non per esservi chiusi ma per chiuderne il passo.

Batavi, Cattorum proles. Mattiacorum gens. Decumates agri.

XXIX. *Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, et antiquæ societatis insigne: nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit: exempti oneribus et collationibus, et tantum in usum prœliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reservantur. Est in eodem obsequio et Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraque veteres terminos, imperii reverentiam. Ita sede finibusque in sua ripa, mente animoque nobiscum agunt, cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terræ suæ solo et cælo acrius animantur. Non numeraverim inter Germaniæ populos, quamquam trans Rhenum Danubiumque consederint, eos, qui Decumates agros exercent. Levissimus quisque Gallorum, et inopia audax, dubiæ possessionis solum occupavere. Mox limite acto* (a), *pro-*

(a) *limite acto*. In editis quibusdam legitur *aucto*, quod a Lipsio pro conjectura in margine positum male recepit Pichena.

*Batavi discendenti de' Catti. Nazione de' Mattiaci. Campi Decumati.*

XXIX. I Batavi abitanti, pochi sulla riva, gli altri nell'isola del Reno, son fra tutte queste nazioni i più valorosi. Già popolo de' Catti passato per domestiche sedizioni in quel paese, e divenuto parte dell'impero Romano serba ancora l'onore e i segni dell'antica alleanza. Non oppresso da tributi, non angariato da gabellieri, e libero da altre contribuzioni e gravezze è riserbato qual arme all'uso sol della guerra. Anche la nazion de' Mattiaci ci è egualmente devota, avendo la grandezza del popolo Romano estesa la venerazion dell'impero oltre il Reno e gli antichi confini. Così sede e confini avendo sulla lor riva, colla mente e col cuore vivon con noi: nel resto simili ai Batavi, se non che la natura del lor clima e terreno li fa ancor più animosi. Non conterò tra i Germani quei che coltivano i terreni Decumati (15), benchè abitanti oltre il Reno e 'l Danubio. I Galli più abbietti e fatti audaci per povertà occuparono questo paese d'incerto dominio, che poi ampliati e promossi i confini e i presidj si

*motisque præsidiis, sinus imperii, et pars provinciæ habentur.*

Catti, militari disciplina præcipui.

XXX. *Ultra hos Catti initium sedis ab Hercynio saltu inchoant, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceteræ civitates, in quas Germania patescit: durant siquidem colles, paullatimque rarescunt: et Cattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit. Duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus, et major animi vigor. Multum (ut inter Germanos) rationis ac sollertiæ: præponere electos, audire præpositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare, quodque rarissimum, nec nisi ratione disciplinæ concessum, plus reponere in duce, quam in exercitu. Omne robur in pedite, quem super arma ferramentis quoque et copiis onerant* (a). *Alios ad prœlium ire videas, Cattos ad bellum: rari excursus et fortuita pugna. Equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam,*

(a) *Copiis onerant*. Ita codex Artolphi, non ut vulgo *coonerant*; quam vocem inusitatam peperit repetitio primæ syllabæ vocis præcedentis.

aggiunse all'impero, e divenne parte di quella provincia.

*Catti superiori agli altri per militar disciplina.*

XXX. Di là da questi, per luoghi non così vasti e paludosi come gli altri della Germania ( poichè le continuate colline diradano a poco a poco ) comincia colla selva Ercinia, e con essa finisce il paese de' Catti. Son di corpo più duro, di membra raccolte, di truce volto, d'animo più vigoroso. Sono anche ( per quanto possono esserlo i Germani ) molto assennati e sagaci; sanno scerre i capi, ubbidir loro, disporsi in ordinanza, conoscer le occasioni, frenar gl'impeti, di giorno provvedere, fortificarsi di notte, reputar la fortuna incerta, certa la virtù; e ciò che di rado senza l'arte della guerra s'acquista, confidar più nel capitano che nell' esercito. Tutta la lor forza è ne' fanti, i quali oltre all'armi carican anche di ferramenti e provvisioni. Ti parrebbe ch' altri vadano alla battaglia, i Catti alla guerra; poche scorrerie fra loro, poche battaglie improvvise. Proprio è della cavalleria presto vincere, ceder presto.

*cito cedere. Velocitas juxta formidinem, cunctatio propior constantiae est.*

XXXI. *Et aliis Germanorum populis usurpatum, rara et privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque summittere, nec, nisi hoste caeso, exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Super sanguinem et spolia revelant frontem, seque* tum demum pretia nascendi retulisse, dignosque patria ac parentibus *ferunt. Ignavis et imbellibus manet squalor. Fortissimus quisque ferreum insuper annulum (ignominiosum id genti) velat vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Jamque canent* (a) *insignes, et hostibus simul suisque monstrati: omnium penes hos initia pugnarum: haec prima semper acies, visu nova. Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua cura: prout ad quemque venere, aluntur: prodigi alieni, contemptores sui, donec exsanguis senectus tam durae virtuti impares faciat.*

(a) *Jamque canent.* Mallet Ernestus, *itaque canent*. Infra Gronovius censet legendum, *visu non nova*, addita negatione.

La velocità sa di paura, la lentezza di costanza.

XXXI. Ciò che fra gli altri Germani ardisce far solamente alcun de' più bravi, è comune fra' Catti. Si lascian crescere tostochè sono adulti capelli e barba, e offrendo in voto al valore quest' orridezza del volto non la depongono prima d'aver ucciso un nemico. Allor sopra il sangue e spoglie di esso si scopron la fronte, e credon così di pagare il debito contratto nella lor nascita, e farsi degni della patria e dei genitori. I vili e gl'imbelli rimangono nella loro deformità. I più forti portano ancora un anello di ferro (cosa vituperosa fra loro) a modo di catena, finchè colla morte data al nemico non se ne sciolgono. Ai più de' Catti piace quest' uso; e con questo segno invecchiano, famosi e additati ai nemici ed a' suoi. Questi sempre cominciano le battaglie, questi formano la prima schiera, di strano aspetto (16) in ogni tempo; poichè neppure in pace rasserenano il volto. Non han casa o campagna o faccenda alcuna: mangian presso chiunque s'incontrano: prodighi dell' altrui, disprezzatori del proprio, sino a che la cadente vecchiezza li rende inabili a sì dura virtù.

Usipii, Tencteri, equitatu præstantes.

XXXII. *Proximi Cattis certum jam alveo Rhenum, quique terminus esse sufficiat, Usipii ac Tencteri colunt. Tencteri super solitum bellorum decus, equestris disciplinæ arte præcellunt. Nec major apud Cattos peditum laus, quam Tencteris equitum. Sic instituere majores, posteri imitantur. Hi lusus infantium, hæc juvenum æmulatio, perseverant senes: inter familiam, et penates, et jura successionum, equi traduntur; excipit filius, non, ut cetera, maximus natu, sed prout ferox bello et melior.*

Bructerorum sedes a Chamavis et Angrivariis occupatæ.

XXXIII. *Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis, vicinarum consensu nationum, seu superbiæ odio, seu prædæ dulcedine, seu favore quodam erga nos deorum. Nam ne spectaculo quidem prælii invidere. Super LX. mil-*

*Usipj, Tenteri: loro cavalleria eccellente.*

XXXII. Vicini ai Catti sono gli Usipj e i Tenteri, dove il Reno scorrendo nel proprio letto può servir di confine. I Tenteri oltre alla solita riputazion nelle guerre hanno il vanto di sorpassar gli altri nella cavalleria, come i Catti nella fanteria. Il costume de' maggiori è imitato da' posteri: questo è il giuoco de' fanciulli, l'emulazione de' giovani; e dura anche ne' vecchi. I cavalli passan per dritto di successione in retaggio non al maggior de' figliuoli, come gli altri beni della famiglia, ma al più bellicoso e feroce.

*Paese de' Brutteri occupato dai Camavi ed Angrivarj.*

XXXIII. Dopo i Tenteri venivano già i Brutteri: ora si dice che i Camavi e gli Angrivarj colà passati gli abbian cacciati e distrutti affatto di consenso delle vicine nazioni, o per odio di lor superbia, o per vaghezza di preda, o per un certo favore degli Dei verso di noi. Perocchè nella battaglia, in cui ne perirono più di sessantamila, non solo risparmiarono l'armi

*lia , non armis telisque Romanis , sed , quod magnificentius est , oblectationi oculisque ceciderunt . Maneat quæso , duretque gentibus , si non amor nostri , at certe odium sui : quando, urgentibus imperii fatis , nihil jam præstare fortuna majus potest , quam hostium discordiam .*

Dulgibini . Chasuari . Frisii majores et minores.

XXXIV. *Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgibini , et Chasuari cludunt , aliæque gentes , haud perinde memoratæ . A fronte Frisii excipiunt .* Majoribus minoribusque Frisiis *vocabulum est , ex modo virium : utræque nationes usque ad Oceanum Rheno prætexuntur , ambiuntque immensos insuper lacus , et Romanis classibus navigatos . Ipsum quin etiam Oceanum illa tentavimus : et superesse adhuc Herculis columnas , fama vulgavit : sive adiit Hercules , seu quidquid ubique magnificum est , in claritatem ejus referre consensimus . Nec defuit audentia Druso Germanico : sed obstitit Oceanus , in se simul atque in Herculem inquiri . Mox nemo tentavit : sanctiusque ac reverentius visum , de actis deorum credere , quam scire .*

Romane, ma ciò ch'è più magnifico fecer di quella strage uno spettacol gradito agli occhi nostri. Possa durar ne' barbari se non l'amor verso noi, almen l'odio fra loro; poichè, minacciando i fati l'impero (17), non può meglio la fortuna ajutarci che colla discordia dei nemici.

*Dulgibini, Casuari, Frisj maggiori e minori.*

XXXIV. Gli Angrivarj e i Camavi chiusi sono alle spalle dai Dulgibini e Casuari, ed altri popoli non così rinomati; dinanzi confinan coi Frisj, i quali secondo lor forza son chiamati maggiori e minori. Gli uni e gli altri son situati lungo il Reno fino all'Oceano intorno ad immensi laghi navigati dalle flotte Romane; le quali avendo tentato da quella banda l'Oceano, corse fama che vi rimangan tuttora le colonne d'Ercole: ossia ch'Ercole vi penetrasse, o che per onorarlo siam usi attribuirgli qualunque gloriosa impresa. Nè mancò a Druso Germanico l'ardimento, ma l'Oceano non comportò che più oltre s'investigasse di sè e d'Ercole. Poi niun altro il tentò; e parve più santamente venerarsi gli Dei col credere che col sapere i lor fatti.

## Chauci, pacis studiosi.

XXXV. *Hactenus in Occidentem Germaniam novimus. In Septemtrionem ingenti flexu redit. Ac primo statim Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis, ac partem litoris occupet, omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque sinuetur. Tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent: populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri. Sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique, nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Idque præcipuum virtutis ac virium argumentum est, quod, ut superiores agant, non per injurias adsequuntur. Prompta tamen omnibus arma, ac, si res poscat, exercitus: plurimum virorum equorumque: et quiescentibus eadem fama.*

## Cherusci et Fosi, a Cattis victi.

XXXVI. *In latere Chaucorum Cattorumque, Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt: idque jucundius, quam tu-*

*Cauci amanti di pace.*

XXXV. La Germania fin quì descritta guarda l'Occidente. Piega poi con largo giro a Settentrione. E prima incontransi i Cauci, che quantunque cominciando dai Frisj occupin parte del lido, costeggian tutte le descritte nazioni, insino a che si ripiegan ne' Catti. Nè già occupan solo ma empiono quest'immenso spazio di terre: popolo fra' Germani, nobilissimo, il qual ama di sostener sua grandezza colla giustizia. Non avidi, non insolenti, pacifici e ritirati non vanno in cerca di guerre, non rapiscono, non rubano, non saccheggiano; ottengono senza ingiurie la preminenza sugli altri; e questo è il principal segno di lor forza e virtù. Tutti nondimeno han pronte le armi, e se bisogna gli eserciti: han molti fanti e cavalli; nè la pace, in cui vivono, diminuisce il lor credito.

*Cherusci e Fosi vinti dai Catti.*

XXXVI. I Cherusci, che stanno allato dei Cauci e de' Catti, non provocati marcirono in pace troppo lunga, e più gioconda che sicura:

*tius fuit, quia inter impotentes et validos falso quiescas: ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt. Ita qui olim* boni æquique Cherusci, *nunc* inertes ac stulti *vocantur: Cattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. Tracti ruina Cheruscorum et Fosi* (a), *contermina gens, adversarum rerum ex æquo socii, cum in secundis minores fuissent.*

Cimbrorum parva civitas, gloria ingens.

XXXVII. *Eumdem Germaniæ situm proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens: veterisque famæ late vestigia manent, utraque ripa castra, ac spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis, et tam magni exercitûs fidem. Sexcentesimum et quadragesimum annum Urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone, consulibus. Ex quo si ad alterum Imperatoris Trajani consulatum computemus, ducenti ferme et decem anni colliguntur. Tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi ævi spatio, multa invicem damna. Non Samnis,*

(a) *Tracti ruina Cheruscorum . . . . et Fosi.* Vulgo *tacti*. Mutavit Ernestus, et sic placebat Burmanno, Capite sequenti dedimus cum eodem Ernesto, *eumdem Germaniæ situm*, ut habent codices, et vetustiores cusi, non *sinum*.

perocchè in mezzo ad ambiziosi e forti non v'è vera pace; e quando si viene alle mani il più potente è chiamato moderato e buono. Così i Cherusci che tali prima eran detti, ora han nome di codardi e di stolti; e la fortuna de' Catti vincitori fu riputata prudenza. I Cherusci trassero nella lor rovina i Fosi lor confinanti, prima ad essi inferiori nella fortuna, pari poi nella disgrazia.

*Cimbri piccola ma gloriosa nazione.*

XXXVII. In questa parte della Germania vicini all' Oceano sono i Cimbri, nazione or piccola ma di gran nome. Spaziosi vestigj di campi posti sull' una e l' altra riva, dal cui giro puoi misurar la grandezza e i numerosi eserciti della nazione, fanno ancor fede dell' antica sua fama. Secenquarant'anni dopo la fondazione di Roma, nel consolato di Cecilio Metello e Papirio Carbone, s' udiron la prima volta le armi de' Cimbri. Da quel tempo fino al secondo consolato dell' Imperador Trajano si contano in circa dugento dieci anni. Tanto ci vuole per soggiogar la Germania! In questo sì lungo tempo molti danni dall' una parte e dall' altra. Non i Sanniti, non i Cartaginesi, non gli Spa-

*non Pœni, non Hispaniæ, Galliæve, ne Parthi quidem sæpius admonuere: quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quam cædem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit? At Germani Carbone, et Cassio, et Scauro Aurelio, et Servilio Cæpione, Cn. quoque Manlio fusis, vel captis, quinque simul consulares exercitus populo Romano; Varum, tresque cum eo legiones, etiam Cæsari abstulerunt. Nec impune C. Marius in Italia, divus Julius in Gallia, Drusus ac Nero et Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæsaris minæ in ludibrium versæ. Inde otium, donec occasione discordiæ nostræ et civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectavere: ac rursus pulsi inde, proximis temporibus triumphati magis, quam victi sunt.*

Suevorum mores.

XXXVIII. *Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum Tencterorumve, gens: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque*

gnoli od i Galli, neppur i Parti si spesso ci han dato da travagliare; poichè è più difficil domare i Germani liberi, che i Parti schiavi d'Arsace. E che altro l'Oriente sottomesso alfin da Ventidio può rinfacciarci che la uccisione di Crasso, la qual pur gli costò la morte di Pacoro? Ma i Germani, rotti o presi Carbone e Cassio, e Scauro Aurelio, e Servilio Cepione e Cn. Manlio, tolsero al popol Romano cinque eserciti consolari, a Cesare stesso Varo con tre legioni. Gli abbatterono, ma non senza lor danno, C. Mario in Italia, il divo Giulio nella Gallia, Druso e Nerone e Germanico nel lor paese. Le gran minacce di C. Cesare si presero a scherno: poi vi fu calma, insino a che profittando delle nostre discordie e delle armi civili, espugnati i campi delle legioni, aspirarono anche alle Gallie; donde noi di nuovo cacciandoli ne riportammo in questi ultimi tempi anzi trionfo che vittoria (18).

### *Costumi de' Suevi.*

XXXVIII. Or è da dir de'Suevi che non sono, come i Catti e i Tenteri, una sola nazione: perocchè tengono la maggior parte della Germania divisi ancora in popoli e nomi pro-

*discreti*, *quamquam in commune* Suevi *vocentur*. *Insigne gentis obliquare crinem*, *nodoque substringere*. *Sic Suevi a ceteris Germanis*: *sic Suevorum ingenui a servis separantur*. *In aliis gentibus*, *seu cognatione aliqua Suevorum*, *seu* ( *quod sæpe accidit* ) *imitatione*, *rarum*, *et intra juventæ spatium*; *apud Suevos*, *usque ad canitiem*, *horrentem capillum retro sequuntur*, *ac sæpe in ipso solo vertice religant*: *principes et ornatiorem habent*: *ea cura formæ*, *sed innoxiæ*. *Neque enim ut ament amenturve*; *in altitudinem quamdam et terrorem*, *adituri bella*, *compti*, *ut hostium oculis ornantur*.

Semnonum religio.

XXXIX. Vetustissimos se nobilissimosque Suevorum *Semnones memorant*. *Fides antiquitatis religione firmatur*. *Stato tempore in silvam*, *auguriis patrum et prisca formidine* (a) *sacram*, *omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coeunt*, *cæsoque publice homine celebrant barbari ritûs horrenda primordia*. *Est et alia luco reverentia*. *Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur*, *ut minor*, *et potestatem numinis*

(a) *Augurii patrum et prisca formidine*. Hæc verba videntur Ernesto ex aliquo poeta veteri deprompta, et e margine in textum immigrasse.

prj, benchè in generale sien detti Suevi. I capelli rattorti e annodati li distinguono dagli altri Germani e dai lor servi. Nelle altre nazioni pochi, e tra questi i giovani solamente usano lo stesso segnò, o per parentela co' Suevi, o come spesso accade per imitazione; laddove i Suevi, anche canuti, rivolgono indietro l'ispida chioma, e spesso la legano tutta sopra il cocuzzolo. I grandi si studiano di acconciarla meglio per una ma innocente galanteria; poichè nol fanno per amare o essere amati: quando escono in battaglia le danno una forma alta e terribile, come conviene a chi si presenta al nemico.

*Religion dei Sennoni.*

XXXIX. I Sennoni si vantan d'essere i più antichi e nobili fra i Suevi; e religione antica conferma il lor vanto. In un certo dì tutti i popoli, che son del sangue medesimo, per ambascerie si radunano in una selva

*Per patrj augurj ed orror prisco sacra,*

e ucciso in pubblico un uomo danno orrendo principio al lor barbaro rito. Mostrano ancora lor riverenza a quel luogo col non entrarvi se non legati, significando così d'esser soggetti

*præ se ferens. Si forte prolapsus est, attolli et insurgere haud licitum: per humum evolvuntur: eoque omnis superstitio respicit, tamquam inde initia gentis, ibi regnator omnium deus, cetera subjecta atque parentia. Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum: centum pagis habitantur: magnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.*

Langobardi. Reudigni. Aviones. Angli. Varini. Eudoses. Suardones. Nuitones. Herthi, seu Terræ matris, commune sacrum.

XL. *Contra Langobardos paucitas nobilitat*(a): *plurimis ac valentissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed prœliis et periclitando tuti sunt. Reudigni deinde, et Aviones, et Angli, et Varini, et Eudoses, et Suardones, et Nuithones, fluminibus aut silvis muniuntur: nec quidquam notabile in singulis, nisi quod in commune Herthum, id est, Terram matrem, colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis, arbitrantur. Est in insula Oceani castum nemus, dicatum in eo vehiculum, veste contectum, attingere uni sacerdoti con-*

(a) *Paucitas nobilitat*. Aliqui legunt, *paucitas nobilitat quod* cc. Particulam *quod* delevit Ernestus, ob consensum librorum veterum.

alla potenza del Dio che adorano. Chi a sorte cadesse non può essere sollevato o rizzarsi: va carpone per terra; volendo con questa superstizione mostrare di là aver avuto origine la nazione, ivi essere il Dio regnatore, tutte le altre cose soggiacerli, ubbidirlo. E ciò è confermato dalla fortuna dei Sennoni, i quali abitando cento villaggi si credono per sì gran corpo il capo de' Suevi.

*Langobardi, Reudigni, Avioni, Angli, Varini, Eudosi, Suardoni, Nuitoni. Sacrificio comune in onor di Erto, ossia della Terra madre.*

XL. I Langobardi all'incontro son nobili perchè pochi: in mezzo a moltissime e fortissime nazioni non col soggettarsi, ma col combattere e cimentarsi si fan sicuri. Vengon poi Reudigni, Avioni, Angli, Varini, Eudosi, Suardoni, e Nuitoni fortificati da fiumi o selve; nè v'è altro in lor da notare se non che tutti adorano Erto, cioè la Terra madre, credendo che s'interessi negli affari degli uomini e s'introduca fra i popoli. V'è in un'isola dell'Oceano un bosco religioso, ed ivi un carro sacro coperto d'un drappo, cui non può toccar altri che il sacerdote; il qual conoscendo quando entra

*cessum. Is adesse penetrali deam intelligit, vectamque bobus feminis multa cum veneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcumque adventu hospitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt, clausum omne ferrum; pax et quies tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem sacerdos satiatam conversatione mortalium deam templo reddat: mox vehiculum et vestes, et, si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Servi ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit id, quod tantum perituri vident.*

## Hermunduri.

XLI. *Et hæc quidem pars Suevorum in secretiora Germaniæ porrigitur. Propior (ut quo modo paullo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum civitas, fida Romanis, eoque solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus, atque in splendidissima Rætiæ provinciæ colonia. Passim et sine custode transeunt; et cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos, villasque patefecimus, non concupi-*

la Dea in questo suo santuario, con molta venerazione la segue tirata da due vacche. Ovunque la Dea si degna arrivare o alloggiare, lieti e festivi giorni per tutto: si lascian le guerre, si chiudon tutte le armi: allor solamente si conosce e s'ama la pace e il riposo, in sino a che il sacerdote ripon nel tempio la Dea già sazia della conversazion de' mortali. Si lavan poi in un lago segreto il carro, il drappo, e se vuoi crederlo la stessa Dea. Il lago inghiotte tosto gli schiavi che servono a questa cerimonia; quindi un arcano terrore, ed una santa ignoranza di quel che veggono solamente i destinati a morire.

*Ermunduri.*

XLI. E questa parte de' Suevi s'estende nel più interno della Germania. Più vicina a noi ( per seguitar ora il Danubio, come poc' anzi il Reno ) è la nazione degli Ermunduri fedele ai Romani: perciò questi soli non sol sulla riva, come gli altri Germani, ma per tutto, e per fin co' Reti splendidissima colonia hanno commercio. Passano senza guardia ovunque vogliono; e dove alle altre nazioni mostriamo solo le nostre armi ed eserciti, aprimmo a questi

*scentibus. In Hermunduris Albis oritur flumen, inclitum et notum olim; nunc tantum auditur.*

Narisci. Marcomanni. Quadi.

XLII. *Juxta Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomanni et Quadi agunt. Præcipua Marcomannorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes, pulsis olim Boiis, virtute parta. Nec Narisci Quadive degenerant. Eaque Germaniæ velut frons est, quatenus Danubio pergitur. Marcomannis, Quadisque usque ad nostram memoriam reges manserunt, ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Tudri genus; jam et externos patiuntur. Sed vis et potentia regibus ex auctoritate Romana: raro armis nostris, sæpius pecunia juvantur.*

Marsigni. Gothini. Osi. Burii. Lygiorum civitates. Arii. Helvecones. Manimi. Elysii. Naharvali. Alcis numen. Gothones.

XLIII. *Nec minus valent* (a) *retro Marsigni, Gothini, Osi, Burii: terga Marcomannorum, Quadorumque claudunt: e quibus Mar-*

(a) *Nec minus valent*. Dele negationem, quæ videtur cum sequentibus parum congruere.

volontariamente le case e le ville. Nasce negli Ermunduri il fiume Albi famoso una volta, or noto solo di nome.

*Narisci, Marcomanni, Quadi.*

XLII. Vicini agli Ermunduri sono i Narisci, quindi i Marcomanni e i Quadi. I Marcomanni più rinomati e forti degli altri s'acquistarono ancor col valore l'abitazione, cacciatone i Boj. Nè i Narisci nè i Quadi punto lor cedono. E' questa quasi la fronte della Germania, dove s'estende lungo il Danubio. I Marcomanni ed i Quadi hanno avuto fino a' nostri giorni Re nazionali della famosa stirpe di Maroboduo e di Tudro: or soffrono Re stranieri, la cui forza dipende dalla Romana potenza: noi di rado coll'armi, spesso gli ajutiamo co' denari.

*Marsigni, Gotini, Osi, Burj, Ligj, Arj, Elveconi, Manimi, Elisj, Naarvali, e lor Dio Alci, Gotoni.*

XLIII. I Marsigni, i Gotini, gli Osi, i Burj non men potenti chiudono alle spalle i Marcomanni ed i Quadi: tra quali i Marsigni ed i

*signi et Burii sermone cultuque Suevos referunt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos, et quod tributa patiuntur. Partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi, ut alienigenis, imponunt. Gothini, quo magis pudeat, et ferrum effodiunt: omnesque hi populi pauca campestrium, ceterum saltus et vertices montium jugumque insederunt. Dirimit enim scinditque Sueviam continuum montium jugum, ultra quod plurimæ gentes agunt: ex quibus latissime patet Lygiorum nomen, in plures civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet, Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Naharvalos. Apud Naharvalos antiquæ religionis lucus ostenditur. Præsidet sacerdos muliebri ornatu: sed* deos, interpretatione Romana, Castorem Pollucemque *memorant. Ea vis numini* (a): *nomen* Alcis. *Nulla simulacra, nullum peregrinæ superstitionis vestigium: ut fratres tamen, ut juvenes venerantur. Ceterum Arii super vires, quibus enumeratos paullo ante populos antecedunt, truces, insitæ feritati arte ac tempore lenocinantur: nigra scuta, tincta corpora: atras ad prœlia noctes legunt: ipsaque formidine atque umbra feralis exercitus terrorem*

(a) *Ea vis numini*. Quæ scil. Castoris et Pollucis apud Romanos. *Nomen Alcis*. Ita dedit Ernestus e codice Artolphi. Vulgo

Burj al parlare ed al vestire rassomigliano i Suevi. Dalla lingua Gallica i Gotini, dalla Pannonica gli Osi e dai tributi imposti loro come a forestieri, parte dai Sarmati, parte dai Quadi, si arguisce non esser Germani. I Gotini, ch'è più vergogna, cavano ancora il ferro: e tutti questi popoli hanno poca campagna, abitando ne' boschi e nelle cime de' monti. Perocchè la Suevia è divisa da continuati gioghi, oltre i quali vi son moltissime genti: tra queste il nome de' Ligj s' estende moltissimo ed è diffuso in più popoli. Basti nominarne i più potenti: gli Arj, gli Elveconi, i Manimi, gli Elisj, i Naarvali. Presso questi mostrasi un bosco d'antica religione, a cui presiede un sacerdote vestito da donna. Non v'è alcun simulacro, non vestigio di religione straniera: vi adorano sotto il nome di *Alci* due come giovani fratelli, che i Romani hanno interpretato esser Castore e Polluce. Gli Arj, oltre all' esser più forti degli altri popoli testè noverati, sono anche fieri, e la natural fierezza ajutano coll' arte e col tempo. Anneran gli scudi, tingono i corpi, scelgono per combattere le notti più buje; e coll' ombra stessa spaventosa d'un ferale esercito atterriscon tanto il nemico, che non può soste-

*ejus numinis nomen Alcis*. Idem Ernestus infra ex eodem codice et libris omnibus restituit, *Gothones regnant*, pro *regnantur*.

*inferunt, nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum. Nam primi in omnibus prœliis oculi vincuntur. Trans Lygios Gothones regnantur, paullo jam adductius, quam ceteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii, et Lemovii: omniumque harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, et erga reges obsequium.*

## Suionum civitates.

XLIV. *Suionum hinc civitates, ipso in Oceano, præter viros armaque classibus valent. Forma navium eo differt, quod utrimque prora paratam semper appulsui frontem agit: nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateribus adjungunt. Solutum, ut in quibusdam fluminum, et mutabile, ut res poscit, hinc vel illinc remigium. Est apud illos et opibus honos: eoque unus imperitat, nullis jam exceptionibus, non precario jure parendi: nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode, et quidem servo: quia subitos hostium incursus prohibet Oceanus. Otiosæ porro armatorum manus facile lasciviunt. Enimvero neque nobilem, neque inge-*

nerne il nuovo e quasi infernale aspetto: perocchè i primi in ogni battaglia ad esser vinti son gli occhi. Oltre i Ligj sono i Gotoni, il cui regno è alquanto più aspro che quel degli altri Germani, ma non tale che la libertà nol comporti. Lasciato l'Oceano s'incontran tosto i Rugj ed i Lemovj: tutti questi popoli hanno di proprio scudi rotondi, corte spade, e sommissione ai lor Re.

*Città de' Sujoni.*

XLIV. Le città de' Sujoni sullo stesso Oceano sono non men per navi che per uomini ed armi possenti. Questo han di proprio le lor navi che con due prue sempre possono abbordare di fronte: non han vele, nè remi ordinati ne' fianchi, ma liberi, come s' usa in alcuni fiumi, e da volgersi or quà or là secondo il bisogno. Le ricchezze vi sono in pregio: perciò un solo comanda, nè v' è ne' sudditi eccezione o privilegio. L'armi non sono in comune, come presso gli altri Germani, ma chiuse e custodite da un servo: l' Oceano gli assicura dalle improvvise scorrerie de' nemici; e sanno oltracciò che gli oziosi armati facilmente insolentiscono; nè utile è al Re che le abbia in guardia

*nuum, ne libertinum quidem armis præponere regia utilitas est.*

Mare pigrum. Aestii succinum legunt.
Sitones, quibus femina imperat.

XLV. *Trans Suionas aliud mare pigrum, ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis jam solis fulgor in ortus edurat, adeo clarus, ut sidera hebetet. Sonum insuper emergentis audiri, formasque deorum, et radios capitis aspici persuasio adjicit. Illuc usque (et fama vera) tantum natura. Ergo jam dextro Suevici litore Aestiorum gentes alluuntur: quibus ritus habitusque Suevorum, lingua Britannicæ propior. Matrem deûm venerantur: insigne superstitionis, formas aprorum gestant. Id pro armis omnique tutela* (a): *securum deæ cultorem etiam inter hostes præstat. Rarus ferri, frequens fustium usus. Frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. Sed et mare scrutantur; ac soli omnium succinum, quod ipsi* Glesum *vo-*

(a) *Id pro armis omnique tutela*. Ita Ernestus rescripsit e codice Turicensi, pro vulgato *omniumque tutela*.

un nobile, nè un libero, neppure un libertino.

*Mare pigro. Estj raccoglitori dell' ambra.*
*Sitoni governati da una femmina.*

XLV. Di là dai Sujoni v'è altro mare pigro e quasi immoto, dal qual si crede che sia circondata e chiusa la terra, perchè l'ultimo splendore del sol che tramonta vi dura insino a che rinasce sì chiaro, che offusca le stelle. V'è ancora opinione che quando si tuffa (19) se n'oda il suono, e le sembianze de' cavalli si veggano, e i raggi della sua testa. Vero è che fin là e non più s'estende la natura. La destra poi del mar Suevico bagna gli Estj, i quali han riti ed abiti di Suevi, ma linguaggio che sa del Britannico. Adoran la madre degli Dei, e portan figure di cignali per insegna di lor religione. Questa è l'arme ed ogni lor difesa, che assicura ancor tra' nemici i devoti della Dea. Di rado il ferro, spesso usano i bastoni. Con più sofferenza che non suol la pigrezza de' Germani coltivano il frumento e gli altri frutti. Tentano anche il mare, ed essi soli tra' guadi o sul lido raccolgon l'ambra, che chiaman *Gleso*, nè come barbari han cercato

*cant, inter vada atque in ipso litore legunt. Nec, quæ natura, quæve ratio gignat, ut barbaris, quæsitum compertumve. Diu quin etiam inter cetera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria nostra dedit nomen: ipsis in nullo usu; rude legitur, informe perfertur, pretiumque mirantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas, quia terrena quædam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicata humore, mox durescente materia, cluduntur. Fecundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi thura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse crediderim, quæ vicini Solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa litora exundant. Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tedæ accenditur, alitque flammam pinguem et olentem: mox ut in picem resinamve lentescit. Suionibus Sitonum gentes continuantur. Cetera similes, uno differunt, quod femina dominatur: in tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant. Hic Sueviæ finis.*

mai nè trovato qual ne sia la natura, nè come nasca. Anzi per assai tempo si giacque tra le altre mondiglie del mare, in sino a che il nostro lusso la fece pregevole: essi non l'usano: la raccolgon rozza, la vendono informe, e con maraviglia ne ricevono il prezzo. Gl'insetti terrestri ed anche volatili, che per lo più vi traluconо, indicano esser gomma d'alberi, nella quale invescatisi al rassodar della materia vi restan chiusi. Io credo adunque che come nei segreti luoghi d'Oriente gli alberi sudano incenso e balsamo, così ne' più fecondi boschi dell'isole e terre occidentali stillino quest'umore spremuto dai raggi del vicin sole, e sul prossimo mare caduto le tempeste il trasportino agli opposti lidi. Se per esplorarne la natura vi accosti il fuoco s'accende a guisa di fiaccola, e nutrisce una fiamma densa e odorosa: poi come pece o ragia si scioglie. Dopo i Sujoni vengon tosto i Sitoni, i quali non sono in altro diversi che nell'essere governati da una femmina. Tanto non solo dalla libertà, ma dalla servitù stessa tralignano. Qui finisce la Suevia.

Peucini. Venedi. Fenni. Eorum feritas, et paupertas. Hominum monstra, Hellusii, Oxiones.

XLVI. *Peucinorum, Venedorumque, et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam, dubito: quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede, ac domiciliis, ut Germani agunt: sordes omnium ac torpor. Procerum connubiis mixtis* (a), *nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur. Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia et domos fingunt, et scuta gestant, et pedum usu ac pernicitate gaudent; quæ omnia diversa Sarmatis sunt, in plaustro equoque viventibus. Fennis mira feritas, fœda paupertas: non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pelles: cubile humus: sola in sagittis spes, quas, inopia ferri, ossibus asperant. Idemque venatus viros pariter ac feminas alit. Passim enim comitantur, partemque*

(a) *Procerum connubiis mixtis*. Videtur admittenda Mureti conjectura rescribentis, *ceterum connubiis mixti*, nempe cum Sarmatis. Infra dedimus cum Ernesto *domos fingunt*, scilicet e luto, sic volentibus editis omnibus ante Lipsium, cujus in editiones, operarum vitio, irrepsit, *domos figunt*.

*Peucini, Venedi, Fenni. Lor ferocia e povertà. Ellusj, Ossioni, uomini mostruosi.*

XLVI. Non so s'io debba tra i Germani o tra' Sarmati noverare i Peucini, i Venedi, i Fenni: sebbene i Peucini, che alcuni chiaman Bastarni, per linguaggio, vestito, stanza, abitazione sembrin Germani; tutti son sordidi e stupidi. Partecipan anche della deformità dei Sarmati, con cui s'imparentano i lor capi. Molto ancora de' lor costumi ritrassero i Venedi. Perocchè per tutte le selve e montagne che s'inalzano tra i Peucini ed i Fenni errando vanno e rubando. Ma questi piuttosto appartengono ai Germani, perchè fabbrican case, portano scudi, ed han piacere di andar a piedi, e di correre velocemente: i Sarmati tutto al contrario vivon su i carri e a cavallo. La ferocia de' Fenni fa maraviglia, la povertà ribrezzo: non hanno armi, non cavalli, non case: si pascon d'erba, si veston di pelli, dormono in terra; sperano sol nelle frecce armate, per mancanza di ferro, d'ossa aguzzate. La stessa cacciagione alimenta non che gli uomini, ancor le donne, che con essi cacciano, e dividon la

*prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur: huc redeunt juvenes, hoc senum receptaculum. Sed beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metuque versare. Securi adversus homines, securi adversus deos, rem difficillimam adsecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus esset. Cetera jam fabulosa*: Hellusios et Oxionas ora hominum vultusque; corpora atque artus ferarum gerere: *quod ego, ut incompertum, in medium relinquam.*

preda. Non si riparano i fanciulli dalle piogge e dalle fiere che sotto rami intrecciati: ove poi tornano i giovani, ov'anche ricovransi i vecchi. E così credon d'essere più felici che stentando lavorar campi, fabbricar case, maneggiar fra speranza e timore le facoltà proprie e d'altrui. Sicuri dagli uomini, sicuri dagli Dei sono arrivati, ciò ch'è difficilissimo, a non aver che bramare. Tralascio di rammentar che gli Ellusj e gli Ossioni han sembianza e faccia d'uomini, corpo e membra di fiere, ed altre cose favolose od incerte.

## BREVIARIUM,

# VITÆ AGRICOLÆ.

*I. In scribenda clarorum virorum vita mos. II. Pericula. III. Tacito animos addit præsens temporum felicitas. IV. Cn. Julii Agricolæ stirps, pueritia; adolescentiæ studia. V. Prima castrorum rudimenta in Britannia. VI. Ejus matrimonium; quæstura: tribunatus plebis: prætura: sacra ædilitas. VII. Othoniano bello matrem partemque patrimonii amittit. In Vespasiani partes transgressus, vicesimæ legioni in Britannia præest; VIII. Ibi alienæ famæ cura suam promovet. IX. Inter patricios adsciscitur: Aquitaniam regit. Inde consul, Tacito filiam suam uxorem dat: Britanniæ præponitur, adjecto pontificatus sacerdotio. X. Britanniæ descriptio. XI. Incolarum origo, habitus, sacra, sermo, mores. XII. Eorum militia, regimen, conventus: cælum, solum, metalla, margarita. XIII. Victæ gentis ingenium. Cæsarum in Britanniam expeditiones. XIV. Consulares legati, Aulus Plautius, Ostorius Scapula, Didius Gallus, Veranius, Suetonius Paullinus. XV. Britanniæ rebellio. XVI. Boudicea, generis regii femina, Britannorum dux. Motum hunc compescit Paullinus; cui successere Trebellius Maximus et Vettius Bolanus, sed ignavi. XVII. Rem restituunt magni duces, Petilius Cerialis et Julius Frontinus. XVIII. Agricola Britanniæ præficitur. Victis Ordovicibus, Monam insulam in deditionem recipit. XIX. Præclaræ artes, quibus provinciam regit, bellorum causas amovet. XX. Terrore, clementia parta pax. XXI. Liberalibus artibus et voluptatibus molliuntur Britannorum animi. XXII. Novæ gentes apertæ et vastatæ. XXIII. Bello adquisita præsidiis firmantur. XXIV. De occupanda Hibernia consilium. XXV. Civitates trans Bodotriam sitæ explorantur. Motus Caledoniorum, XXVI. Caledonii nonam legionem adgrediuntur;*

# SOMMARIO
# DELLA VITA D'AGRICOLA.

I. Costume di scriver la vita degli uomini illustri. II. Pericoli. III. La felicità de' tempi suoi rincora Tacito. IV. Stirpe di Cn. Giulio Agricola: sua puerizia, studj della adolescenza. V. Suoi principj di milizia in Britannia. VI. Suo matrimonio, questura, tribunato della plebe, pretura, sacra edilità. VII. Nella guerra Otoniana perde la madre e una parte del patrimonio. Passato al partito di Vespasiano ottiene il comando della legione ventesima in Britannia. VIII. Promove la sua fama avendo riguardo all'altrui. IX. È ascritto fra' Patrizj. Governa l'Aquitania. Fatto consolo dà in moglie a Tacito la sua figlia. Ottiene il governo della Britannia e il sacerdozio del pontificato. X. Descrizione della Britannia. XI. Origine de' suoi abitanti, forma de' corpi, sagrificj, lingua, costumi. XII. Lor milizia, governo, adunanze: cielo, terreni, metalli, perle. XIII. Indole de' vinti. Spedizioni de' Cesari nella Britannia. XIV. Legati consolari, Aulo Plauzio, Ostorio Scapula, Didio Gallo, Veranio, Svetonio Paolino. XV. Ribellione della Britannia. XVI. Boudicea, femmina di real sangue, guida i Britanni. Paolino raffrena questa sollevazione: gli succedono Trebellio Massimo e Vezio Bolano, amendue di poco valore. XVII. Ricompongon le cose due gran capitani, Petilio Ceriale, e Giulio Frontino. XVIII. Agricola deputato al governo della Britannia. Vinti gli Ordovici si rende l'isola Mona. XIX. Sua egregia maniera di governar la provincia, e troncar i motivi di guerre. XX. Pace procurata col terrore e colla clemenza. XXI. Britanni ammolliti colle arti liberali e coi piaceri. XXII. Nuove nazioni scoperte e devastate. XXIII. Paesi di conquiste fortificati. XXIV. Risoluzione di occupar l'Iberuia. XXV. Si esplorano le città situate oltre Bodotria. Movimenti de' Caledonj. XXVI. I Caledonj assalgono la nona legione: poi atterriti cedono.

*cedunt territi. XXVII. Redit tamen animus; conspirantque civitates. XXVIII. Usipiorum cohors miro casu Britanniam circumvecta. XXIX. Calgacus bellum parat; montemque Grampium occupat. XXX. Egregia ejus oratio. XXXIII. Romanos quoque adloquitur Agricola. XXXV. Atrox cruentumque prœlium. XXXVIII. Penes Romanos victoria. Britanniam circumvehi præcipit Agricola. XXXIX. Domitianus, fronte lætus, pectore anxius, nuntium victoriæ excipit. XL. Triumphalia tamen ornamenta statuamque decerni jubet: condito odio, donec provincia decedat Agricola. Is, e Britannia redux, modeste agit. XLI. Ejus e Principe, ex aula pericula. XLII. Excusat se, ne proconsulatum sortiatur. XLIII. Moritur, Domitiani veneno, ut fama fuit, interceptus. XLIV. Ejus ætas, forma, honores, opes. XLV. Mortis opportunitas, ante Domitiani atrocitates. Taciti in Agricolam pietas. XLVI. Ex virtute solatia, virtutisque documenta.*

Agricolæ vitam scripsit Tacitus.

*An. U. C. Ær. Chr.*

DCCCL. 97. *COSS.* { *M. Cocceio Nerva Aug. III,*<br>*L. Verginio Rufo III.*

XXVII. I Britanni ripiglian coraggio: le città si collegano. XXVIII. Mirabil caso d' una coorte d' Usipj aggiratasi per la Britannia. XXIX. Calgaco prepara la guerra, ed occupa il monte Grampio. XXX. Parlata egregia di Calgaco. XXXIII. Agricola ancora anima i suoi. XXXV. Battaglia atroce e sanguinosa. XXXVIII. Romani vincitori. Agricola fa girar la flotta intorno alla Britannia. XXXIX. Domiziano con fronte lieta, ma cuor sollecito ascolta la nuova di questa vittoria. XL. Ordina ciò non ostante che si decretino onori trionfali e statua ad Agricola, celando l' odio fino alla sua partenza dalla provincia. Moderazione d' Agricola dopo il ritorno dalla Britannia. XLI. Pericoli d' Agricola derivanti dal Principe e dalla corte. XLII. Sue scuse per non accettare il proconsolato. XLIII. Muore di veleno fattogli dare, come fu detto, da Domiziano. XLIV. Sua età, corporatura, onori, ricchezze. XLV. Sua morte opportuna prima delle atrocità di Domiziano. Pietà di Tacito verso Agricola. XLVI. Conforti e insegnamenti di virtù.

*Scritta da C. Cornelio Tacito l'*

Anno di Roma, di Cristo

| | | | |
|---|---|---|---|
| DCCCL. | 97. | CONSOLI | M. Cocceio Nerva Augusto la III. volta. |
| | | | L. Verginio Rufo la III. volta. |

## In scribenda clarorum virorum vita mos.

I. *Clarorum virorum facta moresque posteris tradere antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus, quamquam incuriosa suorum ætas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium, parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti, et invidiam. Sed apud priores, ut agere memoratu digna pronum, magisque in aperto erat; ita celeberrimus quisque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam, sine gratia aut ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio, ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati sunt: nec id Rutilio et Scauro citra fidem, aut obtrectationi fuit. Adeo virtutes iisdem temporibus optime æstimantur, quibus facillime gignuntur. At mihi nunc, narraturo vitam defuncti hominis, venia opus fuit: quam non petissem, ni cursaturus tam sæva et infesta virtutibus tempora.*

## *Costume di scriver la vita degli uomini illustri.*

I. L'antica usanza di scrivere ai posteri i fatti e costumi degli uomini illustri dura ancora nell' età nostra, benchè non curante de' suoi, qualora una qualche virtù grande e nobile vince e sorpassa l'ignoranza delle bell'opre e l'invidia, vizj comuni alle città piccole e grandi. Ma come anticamente erano più frequenti e più facili le memorabili imprese, così gl' ingegni più famosi, senza mercar favore o grandezza, mossi soltanto dall' onesto piacere, che ne sentivano, pubblicavano le memorie della virtù. E credetter moltissimi ch' anzi fiducia ne' lor costumi che arroganza fosse lo scriver la propria vita; nè furon perciò biasimati o men creduti Rutilio e Scauro. Tanto le virtù son pregiate in que' tempi, in cui facilmente germogliano. Ma io per iscriver la vita d' un uom morto ho avuto bisogno di chieder l'altrui approvazione, che non avrei già fatto, se non avessi dovuto scorrer per tempi così crudeli e contrarj alla virtù (1).

Pericula.

II. *Legimus, cum Aruleno Rustico Pætus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse: neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum sævitum, delegato triumviris ministerio, ut monimenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, et libertatem senatus, et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiæ professoribus, atque omni bona arte in exsilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiæ documentum: et sicut vetus ætas vidit, quid ultimum in libertate esset; ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones et loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci, quam tacere.*

Tacito animos addit præsens temporum felicitas.

III. *Nunc demum redit animus: et quamquam, primo statim beatissimi sæculi ortu,*

*Pericoli*.

II. Leggiamo che ad Aruleno Rustieo, e ad Erennio Senecione l'elogio che fecero, l'uno di Peto Trasea, l'altro di Prisco Elvidio, costò la vita: nè sol contro gli autori fu incrudelito, ma contro ancora i lor libri, consegnati ai triumviri perchè li facesser bruciare nel comizio e nel foro; come se cogli scritti di quei chiarissimi ingegni estinguer si potesse la voce del popol Romano, la libertà del senato, ciò che tutto il mondo sapeva. Furon anche cacciati i filosofi, si esiliò ogni buon' arte, perchè più non apparisse alcuna onestà. Abbiam dato per certo un grand' esempio di pazienza: e siccome l'età antica vide l'estremo della libertà, così la nostra della servitù; toltaci ancora per le spie la facoltà di parlarci e d'ascoltarci. Perduto avremmo colla voce ancor la memoria, se il dimenticare fosse così in poter nostro come il tacere.

*La felicità de' tempi suoi rincora Tacito*.

III. Or finalmente si respira: ma sebben Nerva Cesare al primo nascer di questo fortunatis-

*Nerva Cæsar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem imperii Nerva Trajanus, nec spem modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam, ac robur adsumpserit: natura tamen infirmitatis humanæ, tardiora sunt remedia, quam mala; et ut corpora lente augescunt, cito exstinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius, quam revocaveris. Subit quippe etiam ipsius inertiæ dulcedo: et invisa primo desidia, postremo amatur. Quid si, per quindecim annos, grande mortalis ævi spatium, multi fortuitis casibus, promptissimus quisque sævitia Principis interciderunt? Pauci, et, ut ita dixerim, non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus; exemptis e media vita tot annis, quibus juvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos exactæ ætatis terminos per silentium venimus. Non tamen pigebit, vel incondita ac rudi voce, memoriam prioris servitutis, ac testimonium præsentium bonorum composuisse. Hic interim liber honori Agricolæ, soceri mei, destinatus, professione pietatis aut laudatus erit, aut excusatus.*

simo secolo accoppiasse due cose prima incompatibili, principato e libertà: e Nerva Trajano ogni giorno più addolcisca l'impero (2), nè speranza solo e desiderio, ma ben fondata fiducia abbiam noi di pubblica sicurezza; tuttavia per natural debolezza degli uomini i rimedj son più lenti de' mali: e come i corpi crescono a poco a poco e presto muojono, così é più facile estinguere che richiamar gl'ingegni e gli studj. Sottentra ancora la dolcezza dell'ozio, e la pigrezza prima odiata al fin si ama. Che direm poi dell'esser molti in quindici anni, spazio ben grande della vita umana, per fortuiti avvenimenti, e i più coraggiosi per crudeltà del Principe estinti? Pochi non pure agli altri, ma per così dire a noi stessi sopravviviamo; avendo nel silenzio perduto quei tanti anni, in cui dalla gioventù alla vecchiezza, e dalla vecchiezza siam giunti all'estremità della vita. Non m'increscerà tuttavia di rammentare, benchè con voce per lo tanto tacere arrozzita, la passata servitù, ed attestare i beni presenti. Questo libro frattanto, perchè destinato al pio ufficio d'onorar Agricola mio suocero, incontrerà lode o scusa.

## Cn. Julii Agricolæ stirps, pueritia: adolescentiæ studia.

IV. *Cnæus Julius Agricola, veteri et illustri Forojuliensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Cæsarum habuit: quæ equestris nobilitas est. Pater, Julius Græcinus, senatorii ordinis, studio eloquentiæ sapientiæque notus, iisque virtutibus iram Caji Cæsaris meritus. Namque Marcum Silanum accusare jussus, et, quia abnuerat, interfectus est. Mater Julia Procilla fuit, raræ castitatis. In hujus sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium, præter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerit, locum Græca comitate et provinciali parcimonia mistum, ac bene compositum. Memoria teneo, solitum ipsum narrare,* se in prima juventa studium philosophiæ acrius (a), ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset. *Scilicet sublime et erectum*

(a) *Studium philosophiæ acrius*. Ita veteres editi omnes, et contextus indicat de sola philosophie esse sermonem. Lectio vulgata *philosophiæ ac juris*, sola Pichenæ conjectura nititur.

*Stirpe di Cn. Giulio Agricola : sua puerizia, studj dell' adolescenza.*

IV. Cneo Giulio Agricola nato nell' antica ed illustre colonia de' Forogiuliesi ebbe l' uno e l'altr' avolo procuratori de' Cesari, impiego d'equestre nobiltà. Il padre Giulio Grecino senatore incontrò per gli studj d'eloquenza e filosofia, ond' era noto, lo sdegno di C. Cesare: perocchè non avendo ubbidito all' ordine di accusar Marco Silano, fu ucciso. La madre fu Giulia Procilla di rara castità; sotto la cui amorosa e piacevole educazione passò coltivando tutte le oneste arti la puerizia e l' adolescenza. Oltre alla bontà e integrità sua naturale, lo ritrassero dalle lusinghe de' malvagi il soggiorno e gli studj, che appena giovinetto fece in Marsiglia, città di greca gentilezza e provincial parsimonia mista e ben composta. Mi ricordo ch' era solito dire, essersi fin da primi anni ingolfato ne' filosofici studj più che non era a Romano e Senator conceduto; ma la prudenza della madre aver moderato l'ardor dell'animo suo. E in vero quel libero e sublime in-

*ingenium, pulchritudinem ac speciem excelsæ magnæque gloriæ vehementius, quam caute, appetebat: mox mitigavit ratio et ætas: retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.*

### Prima castrorum rudimenta in Britannia.

V. *Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paullino, diligenti ac moderato duci, adprobavit: electus, quem contubernio æstimaret. Nec Agricola licenter, more juvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter, ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam retulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil appetere jactatione, nihil ob formidinem recusare, simulque et anxius et intentus agere. Non sane alias exercitatior, magisque in ambiguo Britannia fuit. Trucidati veterani, incensæ coloniæ, intersepti exercitus. Tum de salute, mox de victoria certavere. Quæ cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum, et reciperatæ provinciæ gloria in ducem cessit; ar-*

gegno aspirava più voglioso che cauto all' acquisto della più bella ed eccelsa gloria; moderato poi dalla ragione e dall' età ritenne dei suoi studj ( ciò ch' è difficilissimo ) l' arte di temprarne il fervore.

*Suoi principj di milizia in Britannia.*

V. Fece in Britannia le prime prove di guerra; e piacquer sì a Svetonio Paolino, capitano diligente e saggio, che lo scelse a suo compagno di tenda. Nè già Agricola, come que' giovani i quali cangiano la milizia in licenza, si servì del titolo di tribuno o della poca esperienza per andar vagabondo e darsi all' ozio o ai piaceri: ma volle conoscer la provincia, farsi conoscer dall' esercito, imparar dai periti, seguitar i migliori, nulla ambire per vanità, nulla ricusar per paura, esser insieme sollecito e cauto. Non mai altre volte fu più agitata, nè in maggior pericolo la Britannia. Veterani trucidati, colonie incendiate (3), eserciti presi in mezzo. Si combattè prima per salvarsi, poi per vincere. E sebben tutto si eseguisse per consiglio e condotta altrui, e al capitano s'attribuisse l' esito dell' impresa e la gloria della ricuperata provincia, pur queste cose accrebber arte

*tem et usum et stimulos addidere juveni : intravitque animum militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex mala.*

Ejus matrimonium: quæstura: tribunatus plebis: prætura: sacra ædilitas.

VI. *Hinc ad capessendos magistratus in Urbem digressus, Domitiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi junxit: idque matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit: vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem, et invicem se anteponendo : nisi quod in bona uxore tanto major laus* (a), *quanto in mala plus culpæ est. Sors quæsturæ provinciam Asiam, proconsulem Salvium Titianum dedit; quorum neutro corruptus est: quamquam et provincia dives, ac parata peccantibus, et proconsul, in omnem aviditatem pronus, quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filia, in subsidium simul et solatium : nam filium, ante sublatum, brevi amisit. Mox inter quæsturam, ac tribunatum plebis, atque etiam ipsum*

(a) *In bona uxore tanto major laus*, Nempo *quam in viro*, quæ verba pariter in altero membro locum hebent.

e sperienza e stimoli al giovane; e vie più l'invogliarono della militar gloria, mal gradita in que' tempi, in cui gli uomini eccellenti eran soggetti a sinistre interpretazioni, nè men pericolosa era la fama grande che la cattiva.

*Suo matrimonio, questura, tribunato della plebe, pretura, sacra edilità.*

VI. Tornato a Roma per concorrere ai magistrati tolse per moglie Domizia Decidiana d'illustri natali; il qual matrimonio gli fu d'onore e per salir più in alto d'ajuto. Vissero in maravigliosa concordia amandosi e preferendosi scambievolmente: se non che buona o cattiva moglie assai più che buono o cattivo marito si loda o si biasima (4). Toccò in sorte a lui la questura, a Salvio Tiziano il proconsolato dell'Asia: nè la provincia ricca e comoda a mal fare, nè il proconsolo avidissimo e pronto a dissimular seco i misfatti per dividerne il lucro, lo corrupper giammai. Ivi ebbe una figlia ristoro e conforto d'un maschio che natogli prima poco gli visse. Tra la questura poi e 'l tribunato della plebe, e nell' anno stesso del tri-

*tribunatûs annum quiete et otio transit, gnarùs sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. Idem præturæ tenor, et silentium: nec enim jurisdictio obvenerat. Ludos, et inania honoris, modo rationis atque abundantiæ duxit, uti longe a luxuria, ita famæ propior. Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda, diligentissima conquisitione fecit, ne cujus alterius sacrilegium respublica, quam Neronis sensisset.*

Othoniano bello matrem partemque patrimonii amittit. In Vespasiani partes transgressus, vicesimæ legioni in Britannia præest.

VII. *Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus adflixit. Nam classis Othoniana, licenter vaga, dum Intemelios (Liguriæ pars est)* (a) *hostiliter populatur, matrem Agricolæ in prædiis suis interfecit: prædiaque ipsa, et magnam patrimonii partem diripuit, quæ causa cædis fuerat. Igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola, nuntio affectati a Vespasiano imperii deprehensus, ac statim in partes transgressus est. Initia principatus, ac*

(a) *Dum Intemelios*. Sic acute corrigit Savilius, pro *dum in Templo*. De re vid. Hist. 2, 13.

bunato si stette ozioso, sapendo ch' a' tempi di Nerone era prudenza il non far nulla. Nella pretura, che senza giurisdizione ebbe, serbò lo stesso tenore e silenzio. Regolò il vano onore degli spettacoli con una misura ragionevole insieme e liberale, con più decoro che lusso. Eletto poi da Galba a rinvenire i doni de' tempj usò tal diligenza, che la repubblica non di altri sentì il danno che de' rapiti da Nerone.

*Nella guerra Otoniana perde la madre e una parte del patrimonio. Passato al partito di Vespasiano ottiene il comando della legione ventesima in Britannia.*

VII. Un grave colpo afflisse l'animo e la casa di lui nell' anno seguente. Perocchè la flotta Otoniana licenziosamente scorrendo, e saccheggiando ostilmente Intemelio luogo della Liguria, gli uccise la madre per dare il guasto alle sue possessioni, in cui dimorava, e predare gran parte di sue ricchezze. Partito adunque per prestarle gli ultimi ufficj, sentì per via che Vespasiano aspirava all'impero, e passò tosto al suo partito. Allor Muciano, il qual es-

*statum Urbis Mucianus regebat admodum juvene Domitiano, et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. Is missum ad delectus agendos Agricolam, integreque ac strenue versatum, vicesimæ legioni, tarde ad sacramentum transgressæ, præposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur: quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec legatus prætorius ad cohibendum potens, incertum, suo an militum ingenio: ita successor simul et ultor electus, rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos, quam fecisse.*

Ibi alienæ famæ cura suam promovet.

VIII. *Præerat tunc Britanniæ Vettius Bolanus, placidius, quam feroci provincia dignum est. Temperavit Agricola vim suam, ardoremque compescuit, ne incresceret; peritus obsequi, eruditusque utilia honestis miscere. Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit. Habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis labores mo-*

sendo Domiziano assai giovinetto, e l' insolenza solo usurpando della paterna fortuna, reggeva il nuovo principato e lo stato di Roma, mandò Agricola a levar gente; e dopo aver conosciuto la sua integrità e diligenza gli diede il comando della legione ventesima, che tardi avendo giurato per sedizion mossa, come dicevasi, dell' antecessore, facea per la soverchia fierezza paura ai legati ancor consolari. Nè bastando il legato pretorio, non so se per colpa sua o de' soldati, a frenarla, Agricola eletto in sua vece a correggerla volle con rarissima moderazione parere d' averla anzi trovata buona che fatta.

*Promove la sua fama avendo riguardo all' altrui.*

VIII. Governava allor la Britannia Vezio Bolano con più dolcezza che a feroce provincia non si conviene. Temprò Agricola, per non sopraffarlo, il suo spirito, e ne compresse l'ardore, ben sapendo cedere a tempo e nelle utili compiacenze conservare il decoro. Poco dopo dato il governo della Britannia a Petilio Ceriale, ebbero le altrui virtù libero campo di segnalarsi. Ma sulle prime Ceriale chiamò Agri-

*do et discrimina, mox et gloriam communicabat: sæpe parti exercitûs, in experimentum, aliquando majoribus copiis, ex eventu, præfecit: nec Agricola umquam in suam famam gestis exsultavit; ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam referebat. Ita virtute in obsequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam erat.*

Inter patricios adsciscitur. Aquitaniam regit. Inde consul, Tacito filiam suam uxorem dat: Britanniæ præponitur, adjecto pontificatus sacerdotio.

IX. *Revertentem ab legatione legionis divus Vespasianus inter patricios adscivit, ac deinde provinciæ Aquitaniæ præposuit, splendidæ in primis dignitatis, administratione ac spe consulatus, cui destinarat. Credunt plerique, militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis jurisdictio secura et obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile justeque agebat. Jam vero tempora curarum remissionumque divisa.*

cola a parte delle fatiche solo e de' rischj, poi ancor della gloria: spesso affidavagli per provarlo una parte dell' esercito, altre volte dopo un buon esito maggiori truppe; nè Agricola vantò mai per fasto le sue imprese: attribuivane, come ministro, all' autorità del capitano il felice successo. Così virtuosamente obbedendo, modestamente parlando sfuggì l' invidia, incontrò la gloria.

*E' ascritto fra' patrizj. Governa l' Aquitania. Fatto consolo dà in moglie a Tacito la sua figlia. Ottiene il governo della Britannia e il sacerdozio del pontificato.*

IX. Tornato dal comando della legione fu dal divo Vespasiano ascritto tra' patrizj e deputato al governo dell'Aquitania, che per sè stesso e per la speranza del consolato già destinatogli era un de' più splendidi. Credono molti che ai soldati manchi sottigliezza d' ingegno, perchè in guerra, ove più la mano s'adopra che l' artificio del foro, la giurisdizione è più scevra di brighe e men raffinata. Ma Agricola per natural prudenza anche in tempo di pace si mostrava pronto e giusto; e dando ai negozj il suo tempo, il suo ai sollievi, era nell' as-

*Ubi conventus ac judicia poscerent, gravis, intentus, severus, et sæpius misericors: ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona. Tristitiam, et arrogantiam, et avaritiam exuerat: nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, injuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui etiam sæpe boni indulgent, ostentanda virtute, aut per artem quæsivit: procul ab æmulatione adversus collegas, procul a contentione adversus procuratores. Et vincere inglorium, et atteri sordidum arbitrabatur. Minus triennium in ea legatione detentus, ac statim ad spem consulatus revocatus est; comitante opinione, Britanniam ei provinciam dari: nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama, aliquando et elegit. Consul egregiæ tum spei filiam juveni mihi despondit, ac post consulatum collocavit, et statim Britanniæ præpositus est, adjecto pontificatus sacerdotio.*

semblee e ne' giudizj grave, diligente, e più spesso clemente che rigoroso; compiuto il suo dovere, deponeva ogni contegno. Non aspro, non arrogante, non avaro; e ciò ch'è rarissimo, affabile, e non meno autorevole, severo, e non meno amato. Farei torto alle sue virtù se volessi rammentare l'integrità e 'l disinteresse di sì grand'uomo. Neppur la fama, per cui spesso si mostran deboli anche i buoni, cercò mai con arte o con ostentazion di virtù: alieno dal gareggiar co' colleghi e dal contrastar coi procuratori, credeva il vincerli non esser gloria, essere il restarne soperchiato vergogna. Ritenuto men di tre anni in quel governo fu tosto richiamato alla speranza del consolato non senza opinione d'esser destinato a regger la Britannia; non perchè ei lo dicesse, ma perchè n'era creduto capace. Non sempre sbaglia la fama, talvolta anche elegge. Fatto consolo promise, e dopo il consolato diede in moglie a me giovine la sua figlia fin d'allora di egregia aspettazione: deputato poi al governo della Britannia fu fatto ancora pontefice.

## Britanniæ descriptio.

X. *Britanniæ situm populosque, multis scriptoribus memoratos, non in comparationem curæ ingeniive referam: sed quia tum primum perdomita est. Itaque, quæ priores nondum comperta, eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia, insularum, quas Romana notitia complectitur, maxima, spatio ac cælo in Orientem Germaniæ, in Occidentem Hispaniæ obtenditur; Gallis in Meridiem etiam inspicitur: Septemtrionalia ejus, nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniæ Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores, oblongæ scutulæ vel bipenni adsimilavere: et est ea facies citra Caledoniam, unde et in universum fama est transgressa. Sed immensum et enorme spatium procurrentium extremo jam litore terrarum, velut in cuneum tenuatur. Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta, insulam esse Britanniam adfirmavit, ac simul incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit, domuitque. Dispecta est et Thule, quam ha-*

*Descrizione della Britannia.*

X. Descriverò il sito ed i popoli della Britannia, non per far paragone di diligenza o d'ingegno tra me e gli antichi scrittori che ne parlarono; ma perchè fu allora intieramente domata. Tratterò adunque con fedeltà quelle cose ch' essi non bene ancora scoperte abbellirono coll'eloquenza. Tra l'isole note ai Romani la maggiore è la Britannia: s' estende a Levante incontro alla Germania, incontro alla Spagna a ponente: a mezzodì è veduta ancor dai Galli; a settentrione non ha terre opposte, ed è battuta da vasto e aperto mare. Livio il piú eloquente scrittor tra gli antichi, e Fabio Rustico tra' moderni l' hanno assomigliata ad un rombo bislungo o ad una scure; e tal' è la sua forma di quà della Caledonia, onde fu creduto che tal fosse tutta. Ma le immense e smisurate terre che di là s'estendono insino all'ultime coste, si ristringono a guisa d'un conio. Intorno alle quali quando allora per la prima volta girò la flotta Romana affermò la Britannia esser un' isola; e scoperse ancora e domò le isole chiamate Orcadi, sconosciute fino a quel tempo; e vide Tule insino allora nascosta tra la

*ctenus nix, et hiems abdebat. Sed mare pigrum et grave remigantibus perhibent: ne ventis quidem perinde attolli: credo, quod rariores terræ montesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impellitur. Naturam Oceani atque æstus neque quærere hujus operis est, ac multi retulere: unum addiderim, nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus accrescere aut resorberi, sed influere penitus, atque ambire, et jugis etiam ac montibus inseri velut in suo.*

Incolarum origo, habitus, sacra, sermo, mores.

XI. *Ceterum, Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenæ an advecti, ut inter barbaros, parum compertum. Habitus corporum varii, atque ex eo argumenta. Namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem adseverant. Silurum colorati vultus, et torti plerumque crines, et posita contra Hispania* (a), *Iberos veteres trajecisse, easque sedes occupasse fidem faciunt. Proximi Gallis, et similes sunt: seu*

(a) *Et posita contra Hispania*. Hæc est lectio vetus, quam restituit Ernestus. Quia libri aliquot habebant *Hispaniam*, Rhenanus e conjectura dederat, *et positus contra Hispaniam*.

neve ed il gelo. Pigro dicon esser quel mare, e riluttante ai remi, e men che gli altri agitato dai venti; ciò cred'io avvenire per le poche terre, e rari monti, cagione e materia delle tempeste, e per la continuata profondità di quella massa di acque. L'indagin della natura e flusso e riflusso dell'Oceano non è di questa opera; e molti n'hanno parlato: aggiungerò solamente che quì più ch' altrove il mar signoreggia, e spinge quà e là molte correnti; nè si gonfia solo fino alle sponde e poi si ritira, ma scorrendo più entro circonda e penetra, come in suo letto, i colli ed i monti.

*Origine de' suoi abitanti, forma de' corpi, sagrificj, lingua, costumi.*

XI. Quali poi fossero i primi abitanti della Britannia; se nativi o forestieri, è, come cosa di barbari, incerto. La varia forma de'lor corpi dà luogo a varie congetture: dal pelo rosso e grandi membra si crede che quei dì Caledonia abbiano origin Germanica: dal volto bronzino e capelli per lo più ricciuti e positura opposta alla Spagna, che i Siluri sieno antichi Iberi, i quali colà tragittatisi vi stabilissero il lor soggiorno. I vicini ai Galli li rassomigliano

*durante originis vi ; seu , procurrentibus in diversa terris , positio cæli, corporibus habitum dedit . In universum tamen æstimanti , Gallos vicinum solum occupasse , credibile est . Eorum sacra deprehendas , superstitionum persuasione : sermo haud multum diversus : in deposcendis periculis eadem audacia ; et , ubi advenere , in detrectandis eadem formido . Plus tamen ferociæ Britanni præferunt , ut quos nondum longa pax emollierit . Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus : mox segnitia cum otio intravit , amissa virtute pariter ac libertate : quod Britannorum olim victis evenit : ceteri manent , quales Galli fuerunt .*

Eorum militia , regimen , conventus : cælum , solum , metalla , margarita .

XII. *In pedite robur , quædam nationes et curru præliantur : honestior auriga , clientes propugnant . Olim regibus parebant , nunc per principes factionibus et studiis trahuntur : nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius , quam quod in commune non consulunt . Rarus duabus tribusve civitatibus , ad propul-*

ancora: ossia che ancor duri l'impronta originale, o che stendendosi le due terre l'una incontro l'altra, abbia lo stesso clima lor dato la stessa forma. Se non che a giudicarne generalmente, è da credere che i Galli occupassero questo vicino paese. Nelle superstizioni, di cui sono i Britanni imbevuti, scorgi i sacri riti dei Galli: il linguaggio è poco diverso: cercano i pericoli con pari ardimento, trovati li fuggono con pari paura. Se non che i Britanni, come non ancora ammolliti da lunga pace, son più feroci. Perocchè sappiamo ch'anche i Galli fiorirono in guerra: perduta poi colla libertà la virtù entrò fra loro l'ozio e la viltà. Lo stesso accadde a quei de' Britanni che furon vinti: gli altri mantengonsi come furono i Galli.

*Lor milizia, governo, adunanze: cielo, terreno, metalli, perle.*

XII. La fanteria è il lor nerbo: alcune nazioni guerreggian su i carri: il più degno li guida, combattono i suoi. Ubbidivano un tempo ai Re, ora si fan trasportare dai capi de' partiti. Ne' comuni pericoli trascurano la comun difesa, per cui di rado s'uniscono due o tre città; e ciò più di tutto ci giova contro quelle

*sandum commune periculum, conventus: ita, dum singuli pugnant, universi vincuntur. Cælum crebris imbribus ac nebulis fœdum: asperitas frigorum abest. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram: nox clara, ex extrema Britanniæ parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas*. Quod si nubes non officiant, adspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exsurgere, sed transire *adfirmant. Scilicet extrema et plana terrarum, humili umbra, non erigunt tenebras, infraque cælum et sidera nox cadit. Solum, præter oleam vitemque, et cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens frugum, fecundum: tarde mitescunt, cito proveniunt: eademque utriusque rei causa, multus humor terrarum, cælique. Fert Britannia aurum, et argentum, et alia metalla, pretium victoriæ: gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur, nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Britannia, prout expulsa sint, colligi. Ego facilius crediderim naturam margaritis deesse, quam nobis avaritiam.*

fortissime genti, le quali mentre ciascuna combatte per sè tutte son vinte. Il cielo è fosco per piogge e nebbie frequenti; ma il freddo non aspro. I giorni son più lunghi che fra noi: le notti chiare, e nell'estremità della Britannia sì brevi, che la sera quasi confina col mattino. Nelle notti serene si vede il chiaror del sole, il qual dicono ch' ivi non nasce o tramonta, ma trapassa. Perocchè bassa essendo l'ombra di quelle estreme e piane terre, il tenebror della notte non arriva al cielo e alle stelle (5). Il terreno non olivi, non viti, nè altre piante ch' aman terre più calde, ma produce abbondanti biade, che per la troppa umidità della terra e dell'aria presto germogliano e tardi maturano. Produce quell' isola oro ancora ed argento ed altri metalli, premio di chi l'ha vinta; e quell' Oceano perle, ma nereggianti e livide: perchè, come credono alcuni, spinte a proda si raccolgono, e non si staccano, come si fa nel mar rosso, vive e spiranti dai sassi. Io credo ch' anzi la natura manchi a quelle perle che a noi l'avarizia.

Victæ gentis ingenium. Cæsarum in Britanniam expeditiones.

XIII. *Ipsi Britanni delectum, ac tributa, et injuncta imperii munera impigrè obeunt, si injuriæ absint: has ægre tolerant, jam domiti ut pareant, nondum ut serviant. Igitur primus omnium Romanorum divus Julius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prospera pugna terruerit incolas, ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia, et in rempublicam versa Principum arma, ac longa oblivio Britanniæ etiam in pace.* Consilium *id divus Augustus vocabat, Tiberius* præceptum. *Agitasse Cajum Cæsarem de intranda Britannia, satis constat, ni velox ingenio, mobilis pœnitentia, et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius auctor operis, transvectis legionibus auxiliisque, et adsumpto in partem rerum Vespasiano: quod initium venturæ mox fortunæ fuit. Domitæ gentes, capti reges, et monstratus fatis Vespasianus.*

*Indole de' vinti. Spedizioni de' Cesari nella Britannia.*

XIII. Si soggettano prontamente i Britanni alle leve, ai tributi, ad altri pesi dell'impero, purchè imposti senza ingiurie, che non sanno soffrire; domati per ubbidire, non ancor per servire. Il divo Giulio entrato il primo de'Romani coll' esercito in Britannia, benchè prosperamente combattendo atterrisse gli abitanti ed occupasse la spiaggia, pure può dirsi che la mostrasse, non consegnasse ai posteri. Poi le guerre civili e le armi de'grandi rivolte contro la repubblica la fecer lungo tempo dimenticare anche in pace. Fu questo dal divo Augusto chiamato consiglio, da Tiberio precetto (6). Si sa che C. Cesare pensò d'entrarvi; ma l'indole sua precipitosa e volubile, e i tentativi iti a voto contro i Germani ne lo distolsero. Il divo Claudio mandò colà legioni ed ajuti e mise mano all'impresa chiamandone a parte Vespasiano; il qual mostrato allora dai fati, domando genti, prendendo Re diede principio alla sua futura grandezza.

Consulares legati, Aulus Plautius, Ostorius Scapula, Didius Gallus, Veranius, Suetonius Paullinus.

**XIV.** *Consularium primus Aulus Plautius præpositus, ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius: redactaque paullatim in formam provinciæ proxima pars Britanniæ: addita insuper veteranorum colonia: quædam civitates Cogiduno regi donatæ: ( is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit ) vetere ac jam pridem recepta populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis et reges. Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit; paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quæ fama aucti officii quæreretur. Didium Veranius excepit, isque intra annum exstinctus est. Suetonius hinc Paullinus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus, firmatisque præsidiis: quorum fiducia Monam insulam, ut vires rebellibus ministrantem, adgressus, terga occasioni patefecit.*

*Legati consolari, Aulo Plauzio, Ostorio Scapula, Didio Gallo, Veranio, Svetonio Paolino.*

XIV. Il primo consolare che governasse la Britannia fu Aulo Plauzio, il secondo Ostorio Scapula, ambo egregj guerrieri; i quali ridussero a poco a poco in forma di provincia la parte più a noi vicina, collocandovi una colonia di veterani, e donando al Re Cogiduno, rimastoci fedelissimo fino a' tempi nostri, alcune città, secondo l'antica usanza del popolo Romano di servirsi ancor de' Re per istromenti di servitù. Poi Didio Gallo conservò le antiche conquiste; e per parer d'averle accresciute edificò più addentro alcuni pochi castelli. A Didio succedette Veranio, il qual dentro l'anno morì. Poi Svetonio Paolino felicemente in due anni soggiogò nazioni e rinforzò presidj; in cui troppo fidando assalì l'isola Mona perchè ajutava i ribelli, e diede loro occasione d'assalirlo alle spalle.

## Britanniæ rebellio.

XV. *Namque absentia legati remoto metu, Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre injurias, et interpretando accendere*. Nihil profici patientia, nisi ut graviora, tamquam ex facili tolerantibus, imperentur: singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi; e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona sæviret: æque discordiam præpositorum, æque concordiam subjectis exitiosam: alterius manus, centuriones alterius, vim et contumelias miscere (a): nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum: in prœlio fortiorem esse, qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos, injungi delectus, tamquam mori tantum pro patria nescientibus. Quantulum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? Sic Germanias excussisse jugum; et flumine, non Oceano, defendi: sibi patriam, conjuges, parentes: illis avaritiam et luxuriam causas belli esse: recessuros, ut divus Julius recessisset, modo virtutes majorum suo-

(a) *Alterius manus, centuriones alterius, vim et contumelias miscere*. Per *manus* intellige servos et aliam cohortem procuratoris. Ita locum hunc mutatione interpunctionis persanavit Gronovius. In vulgatis male distinctio ponitur post *centuriones*.

*Ribellione della Britannia.*

XV. Perocchè deposto per l'assenza del legato il timore, consideravano i mali della servitù, rammentavan le ingiurie, e nell'interpetrarle si riscaldavano a vicenda. *Non ad altro servir lor pazienza che a caricarli, come facili a soffrire, di maggiori aggravj. Prima un sol Re, ora averne due, legato e procuratore; l'uno incrudelir contro le vite, l'altro contro la roba: concordi o discordi egualmente dannosi ai soggetti: mescer ambo violenze ed ingiurie, questo per opera de' servi, quello dei centurioni; nulla potersi ormai sottrarre alle sfrenate lor voglie. In battaglia ti spoglia il più forte; ma quì i più vili ed imbelli ti votan la casa, ti rapiscono i figli, te li strascinano in guerra, come se il morir per la patria fosse l'unica cosa che tu non sapessi. Se i Britanni si contino, quanto esser pochi i Romani quà passati? Aver ancor le Germanie scosso il lor giogo, benchè difese da un fiume, non dall' Oceano. Cagion di guerra esser per essi la patria, le mogli, i genitori; per quelli l' avarizia e la lussuria: emulasser essi le virtù de' maggiori, nè li atterrisse la perdita*

rum æmularentur; neve prœlii unius aut alterius eventu pavescerent: plus impetus, majorem constantiam penes miseros esse. Jam Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem, qui relegatum in alia insula exercitum detinerent: jam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare: porro in ejusmodi consiliis periculosius esse deprehendi, quam audere.

Boudicea, generis regii femina, Britannorum dux. Motum hunc compescit Paullinus; cui successere Trebellius Maximus et Vettius Bolanus, sed ignavi.

XVI. *His atque talibus invicem instincti, Boudicea* (a), *generis regii femina, duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum: ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis præsidiis, ipsam coloniam invasere, ut sedem servitutis: nec ullum in barbaris sævitiæ genus omisit ira et victoria. Quod nisi Paullinus, cognito provinciæ motu, propere subvenisset, amissa Britannia foret: quam unius prœlii fortuna veteri patientiæ restituit, tenentibus arma plerisque, quos*

(a) *Boudicea*. Alii legunt *Voadica*. Vide ad Ann. 14, 31. Infra dedimus cum Ernesto *propius ex legato timor agitabat*, ubi vulgati post Rhenanum mendose *proprius . . . timor*.

*d' una o due battaglie , e quei se n' andrebbero , come già il lor divo Giulio . Nelle disgrazie crescer l' impeto e la costanza . Ormai sentir pietà de' Britanni anche gli Dei , tenendo lontano il capitan de' Romani e in altr' isola rilegato l' esercito . Essi , ciò ch' è più difficile , già consultare : esser poi più pericoloso farsi cogliere consultando , che risolver con ardire .*

*Boudicea , femmina di real sangue , guida i Britanni . Paolino raffrena questa sollevazione : gli succedono Trebellio Massimo e Vezio Bolano , amendue di poco valore :*

XVI. Istigatisi così a vicenda , tutti sotto la condotta di Boudicea , femmina di real sangue ( che non badano al sesso di chi comanda ) , preser le armi ; e perseguitando i soldati sparsi per le castella , e le castella espugnando assalirono la colonia stessa , come sede di lor servitù : nè sorta alcuna di crudeltà risparmiò in que' barbari l'ira e la vittoria. E se Paolino risaputa la sollevazione della provincia non accorreva sollecitamente , la Britannia era perduta . Una sola battaglia la ridusse all' antica ubbidienza , benchè ritenesser le armi i più di

*conscientia defectionis, et propius ex legato timor agitabat. Hic cum egregius cetera, arroganter in deditos, et, ut suæ quoque injuriæ ultor, durius consuleret; missus Petronius Turpilianus, tamquam exorabilior: et delictis hostium novus, eoque pœnitentiæ mitior, compositis prioribus, nihil ultra ausus, Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicere jam barbari quoque ignoscere, vitiis blandientibus: et interventus civilium armorum præbuit justam segnitiæ excusationem. Sed discordia laboratum, cum adsuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitûs ira, indecorus atque humilis, precario mox præfuit: ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem. Hæc seditio sine sanguine stetit. Nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina. Eadem inertia erga hostes, similis petulantia castrorum: nisi quod innocens Bolanus, et nullis delictis invisus, caritatem paraverat loco auctoritatis.*

coloro ch'erano agitati dalla coscienza della ribellione, e più dal timor del legato. Questi, sebbene egregio nel resto, essendo orgoglioso cogli arresi, e allora per vendicare l'offesa propria aspro più che mai, ebbe per successore Petronio Turpiliano; il quale come più arrendevole co' ripentiti perdonò facilmente le offese non fatte a lui, quietò la provincia, e senza tentar altro la consegnò a Trebellio Massimo. Costui benchè lento e non pratico di guerra pur la mantenne colla dolcezza del suo governo. I barbari impararono anch'essi a piegarsi alle lusinghe de' vizj; e le guerre civili che sopravvennero serviron di scusa non ingiusta alla sua lentezza. Ma lo inquietò la discordia de' soldati, che avvezzi alle militari fatiche insolentivan nell' ozio. Trebellio fuggendo e nascondendosi scampò dal furor dell' esercito; poi per mercè ne ritenne con suo biasimo e disonore il comando, patteggiando quasi di lasciar egli all'esercito la licenza, l'esercito a lui la vita. Questa sedizione non costò sangue. Neppur Vezio Bolano, duranti ancor le guerre civili, colle riforme inquietò la Britannia: continuava la lentezza co' nemici, l' insolenza nel campo; se non che innocente e non odiato per fallo alcuno s' acquistò benevolenza in vece di autorità.

Rem restituunt magni duces, Petilius Cerialis et Julius Frontinus.

XVII. *Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit; magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes: et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum civitatem, quæ numerosissima provinciæ totius perhibetur, adgressus: multa prælia, et aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus, aut bello. Et cum Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset, sustinuit quoque molem Julius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit; super virtutem hostium, locorum quoque difficultates eluctatus.*

Agricola Britanniæ præficitur. Victis Ordovicibus, Monam insulam in deditionem recipit.

XVIII. *Hunc Britanniæ statum, has bellorum vices media jam æstate trangressus Agricola invenit, cum et milites, velut omissa expeditione, ad securitatem, et hostes ad occa-*

*Ricompongon le cose due gran capitani,*
*Petilio Ceriale e Giulio Frontino.*

XVII. Ma tostochè Vespasiano col resto del mondo ricuperò ancor la Britannia, gran capitani e scelti eserciti scorarono i nemici. Petilio Ceriale gli atterrì subito assalendo il paese de' Briganti, ch' è il più popolato della provincia, e soggettandone una gran parte or con molte e qualche volta sanguinose battaglie, or collo strepito delle vittorie. E nulla avrebbe lasciato al successore Giulio Frontino (7) in che occuparsi e segnalarsi, se quest' uomo valoroso non avesse per quanto poteva sostenuto il suo carico, domando la forte e bellicosa nazion de' Siluri, e superando oltre il valor dei nemici le difficoltà ancora de' luoghi.

*Agricola deputato al governo della Britannia.*
*Vinti gli Ordovici gli si rende*
*l'isola Mona.*

XVIII. Agricola passato a mezza state nella Britannia vi trovò questo stato, queste vicende di guerre; i soldati, quasi dismessa la guerra, rivolti all' ozio, i nemici all' occasione. Poco

*sionem verterentur. Ordovicum civitas, haud multo ante adventum ejus, alam, in finibus suis agentem, prope universam obtriverat: eoque initio erecta provincia, ut quibus bellum volentibus erat, probare exemplum, aut recentis legati animum opperiri. Tum Agricola, quamquam transacta æstas, sparsi per provinciam numeri, præsumpta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum inchoaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, ire obviam discrimini statuit: contractisque legionum vexillis et modica auxiliorum manu, quia in æquum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem: cæsaque prope universa gente, non ignarus instandum famæ, ac, prout prima cessissent, fore universa; Monam insulam, cujus possessione revocatum Paullinum rebellione totius Britanniæ supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. Sed, ut in dubiis consiliis* (a), *naves deerant: ratio et constantia ducis transvexit. Depositis omnibus sarcinis, lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, et patrius nandi usus, quo simul seque, et arma, et equos regunt, ita repente immisit, ut*

(a) *In dubiis consiliis.* Recte Gronovius reponit *in subitis consiliis.*

prima del suo arrivo la città degli Ordovici tagliò a pezzi quasi tutta una compagnia di cavalli alloggiata in que' confini. Per questo principio sollevata la provincia, di quei che bramavan la guerra altri volevan seguir quest' esempio, altri scoprir l' animo del nuovo legato. Allor Agricola, benchè passata fosse la state, e i soldati sparsi per la provincia con intenzione di riposare in quell' anno gl' impedissero il cominciare la guerra; e guardare i luoghi sospetti paresse a molti miglior partito: pure risolvè d' andar incontro al pericolo con un corpo di scelti legionarj e pochi ajuti; e perchè gli Ordovici non ardivano di scendere al piano marciando innanzi alle file, onde in pari rischio avesser pari coraggio, s' inoltrò ad attaccarli. Uccise quasi tutta quella gente; e sapendo che dal seguir la gloria de' primi successi dipendon gli altri, rivolse l' animo ad occupar l' isola di Mona, donde era stato costretto a ritirarsi Paolino, come dicemmo, per la ribellion di tutta la Britannia. Ma mancando, come avviene nell' improvvise risoluzioni, le navi, l' accortezza e costanza del capitano fatto depor le bagaglie ai più scelti ausiliarj, che ben sapevan quei guadi e l' arte patria di regger nuotando se stessi, l' armi e i cavalli, ve li spinse con

*obstupefacti hostes, qui classem, qui naves, qui mare exspectabant, nihil arduum aut invictum crediderint sic ad bellum venientibus. Ita petita pace, ac dedita insula, clarus ac magnus haberi Agricola: quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem, aut officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisset. Nec Agricola, prosperitate rerum in vanitatem usus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuisse: ne laureatis* (a) *quidem gesta prosecutus est: sed ipsa dissimulatione famæ famam auxit, æstimantibus, quanta futuri spe tam magna tacuisset.*

Præclaræ artes, quibus provinciam regit,
bellorum causas amovet.

XIX. *Ceterùm animorum provinciæ prudens, simulque doctus per aliena experimenta, parum profici armis, si injuriæ sequerentur, causas bellorum statuit exscindere* (b). *A se suisque orsus, primam domum suam coercuit; quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere. Nihil per libertos servosque*

(a) *Laureatis*. Supple literis, quas ad imperatorem scriberet.
(b) *Causas bellorum statuit exscindere*. Ernestus mutavit *exscindere* in *excidere* ex editis veteribus, qui et infra habent *primam domum suam*, non *primum*.

tal prestezza, che i nemici, i quali aspettavano flotte, navi e mare, stupefatti credettero niente esser difficile e insuperabile a chi andava in tal modo a combattere. Così chiesta la pace e consegnata l'isola, divenne Agricola famoso e grande; avendo sul primo ingresso nella provincia speso in rischj e fatiche quel tempo, che a vane pompe e cerimonie soglion dar altri. Nè invanito dalla prosperità chiamava impresa o vittoria l'aver frenato i vinti, nè con lettere fregiate d'alloro ne diede conto; accrescendo così la fama col dissimularla, e lasciando ad altri considerare quanto col tacer cose sì grandi ne sperasse maggiori.

*Sua egregia maniera di governar la provincia, e troncar i motivi di guerra.*

XIX. Informato degli animi della provincia, e dall'altrui esperienze ammaestrato, che poco valgon le armi quando vengono appresso le ingiurie, risolvè di troncare i motivi delle guerre. E cominciando da sè e da'suoi riformò prima la sua famiglia; ciò ch'a molti riesce non men difficile che governar una provincia. Niun pubblico affare affidava a liberti o schiavi: non

*publicæ rei : non studiis privatis, nec ex commendatione, aut precibus centurionum milites adscire, sed optimum quemque fidelissimum putare : omnia scire, non omnia exsequi : parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare : nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contentus esse : officiis et administrationibus potius non peccaturos præponere, quam* (a) *damnare, cum peccassent. Frumenti et tributorum auctionem æqualitate munerum mollire, circumcisis, quæ in quæstum reperta, ipso tributo gravius tolerabantur. Namque per ludibrium adsidere clausis horreis, et emere ultro frumenta, ac vendere pretio cogebantur. Devortia itinerum et longinquitas regionum indicebantur, ut civitates a proximis hibernis in remota et avia deferrent, donec, quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.*

Terrore, clementia parta pax.

XX. *Hæc primo statim anno comprimendo, egregiam famam paci circumdedit; quæ vel incuria, vel tolerantia priorum, haud minus quam bellum timebatur. Sed ubi æstas adve-*

(a) *Officiis . . . . potius non peccaturos præponere, quam.* Aliqui omittunt verbum *præponere*, quod Gronovius latere putat in voce *potius*. Hanc enim ut et *magis* subintelligere solet Tacitus ante *quam*. Idem Gronovius infra pro *vendere pretio*, suspicatur legendum *vendere parvo*.

accettava soldati per private amicizie, nè per raccomandazioni o preghiere de' centurioni, riputando più fedele chi era migliore: tutto sapeva, ma non decideva di tutto: perdonava i falli leggieri, gravemente puniva i gravi; sebben non sempre, contentandosi spesso del pentimento: e per non punire i delitti affidava gli uffici e le amministrazioni a coloro che non gli avrebber commessi. Alleggerì il peso delle imposte e de' tributi ripartendolo egualmente, e togliendo ciò che inventato dall' avarizia era più grave del tributo medesimo. Perocchè si costringevano per ischerno i Britanni ad aspettare intorno ai magazzini serrati per comprare e rivendere i lor grani (8); e si ordinava alle città di trasportarli, non già ne' vicini alloggiamenti, ciò che sarebbe stato comodo a tutti, ma in luoghi fuor di mano e lontani, perchè di pochi fosse il guadagno.

*Pace procurata col terrore e colla clemenza.*

XX. Reprimendo subito nel prim' anno questi abusi fece sì che la pace, la quale per trascuranza o indulgenza de' suoi antecessori era temuta non men che la guerra, in alta stima salisse. Al venir poi della state raccolto l' eserci-

*nit, contracto exercitu, multus in agmine* (a), *laudare modestiam, disjectos coercere: loca castris ipse capere, æstuaria ac silvas ipse prætentare: et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur: atque ubi satis terruerat, parcendo rursus inritamenta pacis ostentare. Quibus rebus multæ civitates, quæ in illum diem ex æquo egerant, datis obsidibus, iram posuere, et præsidiis castellisque cirumdatæ, tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniæ nova pars inlacessita transierit.*

### Liberalibus artibus et voluptatibus molliuntur Britannorum animi.

XXI. *Sequens hiems saluberrimis consiliis absumpta. Namque, ut homines dispersi ac rudes, eoque bello faciles, quieti et otio per voluptates adsuescerent; hortari privatim, adjuvare publice, ut templa, fora, domus exstruerent, laudando promptos, et castigando segnes. Ita honoris æmulatio pro necessitate erat. Jam vero principum filios liberalibus artibus erudire, et ingenia Britannorum studiis*

(a) *Multus in agmine*. Lipsius aliique legunt, *militum in agmine*.

to si diede tutto a ben regolarlo: lodava chi marciava in buon ordine, garriva chi si sbandava: sceglieva esso stesso i luoghi del campo, scandagliava i guadi e le selve; non lasciando frattanto coll'improvvise prede e scorrerie riposare il nemico, e dopo averlo abbastanza atterrito richiamandolo col perdono alle lusinghe di pace. Il perchè molte città non sottomesse fino a quel tempo, deposto lo sdegno, diedero ostaggi; e furon con tanto accorgimento e cura di guardie e castelli cinte, che niun'altra nuova parte della Britannia fu prima dai nemici tanto sicura (9).

*Britanni ammolliti colle arti liberali e co' piaceri.*

XXI. Tra gli utilissimi provvedimenti, in cui passò il verno seguente, per avvezzar con piacevoli mezzi al riposo ed all'ozio quella gente dispersa e rozza, e però pronta alla guerra, l'esortò in privato, l'ajutò col pubblico denaro a fabbricar templi, fori, case, lodando i pronti, bravando i pigri; sicchè la gara d'onore divenne necessità. Fece poi ammaestrare nell'arti liberali i figliuoli de' nobili, e anteponendo i talenti de' Britanni a quei de' Galli in-

*Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus nostri honor, et frequens toga: paullatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, et balnea, et conviviorum elegantiam: idque apud imperitos* humanitas *vocabatur, cum pars servitutis esset.*

Novæ gentes apertæ et vastatæ.

XXII. *Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit, vastatis usque ad Taum (æstuario nomen est) nationibus: qua formidine territi hostes, quamquam conflictatum sævis tempestatibus exercitum, lacessere non ausi: ponendisque insuper castellis spatium fuit. Adnotabant periti, non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse: nullum ab Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum, aut pactione ac fuga desertum. Crebræ eruptiones: nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur. Ita intrepida ibi hiems, et sibi quisque præsidio, inritis hostibus, eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna æstatis hibernis eventibus pensare, tum æstate atque hieme juxta pellebantur.*

namorò dell' eloquenza de' Romani coloro, che n'abborrivan poc'anzi la lingua. Quindi la foggia del vestir nostro onorata, ed usata la toga; sin che a poco a poco coll'introdurre i bagni, i portici e l'eleganza de' conviti si passò alle lusinghe de' vizj; e ciò che i semplici chiamavano gentilezza era una parte di servitù.

*Nuove nazioni scoperte e devastate.*

XXII. Le spedizioni dell'anno terzo col dare il guasto ai paesi sino alla palude chiamata Tao scoperser nuove nazioni, che prese dallo spavento non ardirono provocar l'esercito benchè malconcio dalla stravaganza de' tempi, e diedergli agio di fabbricare de' forti. Notavano i periti, niun altro aver meglio d' Agricola scelto i luoghi opportuni, nè i forti fatti da lui esser mai stati o espugnati colla forza, o per accordo abbandonati o per fuga. Rinfrescavali ogni anno di nuove truppe: quindi le frequenti sortite, e la forte resistenza ai lunghi assedj. Così difendendo ognuno il suo vi passavano il verno senza paura; e i nemici delusi non potendo co' successi del verno compensare, come eran soliti, i danni della state si disperavano, battuti egualmente nell' una e nell' altra stagio-

*Nec Agricola unquam per alios gesta avidus intercepit: seu centurio, seu præfectus, incorruptum facti testem habebat. Apud quosdam acerbior in conviciis narrabatur: ut erat bonis comis, ita adversus malos injucundus: ceterum ex iracundia nihil supererat: secretum et silentium ejus non timeres: honestius putabat offendere, quam odisse.*

### Bello adquisita præsidiis firmantur.

XXIII, *Quarta æstas obtinendis, quæ percurrerat, insumpta: ac si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus. Nam Clota et Bodotria, diversi maris æstibus per immensum revectæ* (a), *angusto terrarum spatio dirimuntur: quod tum præsidiis firmabatur: atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.*

### De occupanda Hibernia consilium.

XXIV. *Quinto expeditionum anno, nave prima transgressus, ignotas ad id tempus gentes*

(a) *Glota et Bodotria diversi maris æstibus per immensum revectæ.* Sic editi veteres haud dubie e libro ms. idque Ernestus præposuit vulgato, *diversi maris æstus*, vel *æstu per immensum revecti*; quæ lectio partim a conjectura Rhenani, partim ab errore operarum nata est.

ne. Nè Agricola mai fu sì vago di lode che si appropriasse l' altrui: o centurione fosse o prefetto, ognun l' avea testimonio incorrotto delle sue imprese. Dicevano alcuni che bravava con troppa asprezza: come affabil co' buoni così era collerico co' malvagi; ma nulla gli restava di collera, nè davan di che temere il suo contegno o silenzio: credeva esser l' offesa più onesta dell' odio.

*Paesi di conquista fortificati.*

XXIII. Passò la quarta estate in fortificare i paesi che avea trascorsi; e se il valor degli eserciti e la gloria del nome Romano avesser potuto soffrir confine, già s' era questo trovato nella stessa Britannia. Perocchè Glota e Bodotria, due vasti golfi formati dalla marea di diverso mare, divise sono fra loro da spazio angusto di terra; il quale allora, siccome ogni altro sbarco vicino, era guardato dai nostri, cacciati i nemici quasi in altr' isola.

*Risoluzione d' occupar l' Ibernia.*

XXIV. Nel quinto anno trapassò il primo quel golfo (10); e domate con frequenti e fe-

*crebris simul ac prosperis prœliis domuit: eamque partem Britanniæ, quæ Hiberniam aspicit, copiis instruxit, in spem magis, quam ob formidinem: si quidem Hibernia, medio inter Britanniam atque Hispaniam sita, et Gallico quoque mari opportuna, valentissimam imperii partem magnis invicem usibus miscuerit. Spatium ejus, si Britanniæ comparetur, angustius, nostri maris insulas superat. Solum cælumque, et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differunt: melius aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis gentis exceperat, ac specie amicitiæ in occasionem retinebat. Sæpe ex eo audivi, legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse. Idque etiam adversus Britanniam profuturum, si Romana ubique arma, et velut e conspectu libertas tolleretur.*

Civitates trans Bodotriam sitæ explorantur. Motus Caledoniorum.

XXV. *Ceterum æstate, qua sextum officii annum inchoabat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia motus universarum ultra*

lici battaglie nazioni ignote fino a quel tempo, guarnì di gente quella parte di Britannia che guarda l'Ibernia, più per qualche speranza che per paura. Perocchè l'Ibernia situata fra la Britannia e la Spagna, e comoda ancora al mar di Gallia poteva unire un vantaggioso commercio con questa potentissima parte dell'impero. Paragonata alla Britannia è angusta, ma più grande dell'isole del nostro mare. Riguardo al suolo e clima e indole e costume degli abitanti poco è diversa dalla Britannia: i suoi sbarchi e i suoi porti più conosciuti a cagion del commercio e de'negozianti. Aveva Agricola accolto, e sotto specie d'amicizia riserbava all'occasione un di que' piccoli Re cacciato per sedizioni domestiche. Spesso gli ho inteso dire, potersi con una legione e pochi ajuti domare e ritenere l'Ibernia: ciò che varrebbe ancora contro la Britannia, circondandola così d'armi Romane, e togliendole quasi di vista la libertà.

*Si esplorano le città situate oltre Bodotria. Movimenti de' Caledonj.*

XXV. Nella state poi che dava principio al sesto anno del suo governo, volse il pensiero alle città situate oltre Bodotria; ma temendo il

*gentium*, *et infesta hostili exercitu itinera timebantur*, *portus classe exploravit* (a); *quæ ab Agricola primum adsumpta in partem virium*, *sequebatur egregia specie*, *cum simul terra*, *simul mari bellum impelleretur*, *ac sæpe iisdem castris pedes*, *equesque*, *et nauticus miles*, *mixti copiis et lætitia*, *sua quisque facta*, *suos casus attollerent*: *ac modo* silvarum et montium profunda, *modo* tempestatum ac fluctuum adversa, *hinc* terra et hostis, *hinc* auctus Oceanus (b) *militari jactantia compararentur*. Britannos *quoque*, *ut ex captivis audiebatur*, visa classis obstupefaciebat, tamquam, aperto maris sui secreto, ultimum victis perfugium clauderetur. *Ad manus et arma conversi Caledoniam incolentes populi*, *paratu magno*, *majore fama*, *uti mos est de ignotis*, oppugnasse (c) ultro, *castella adorti*, *metum*, *ut provocantes*, *addiderant*: regrediendumque citra Bodotriam, et excedendum potius, quam pellerentur, *ignavi specie prudentium admonebant*: *cum interim cognoscit*, *hostes pluribus agminibus inrupturos*. *Ac ne superante nume-*

(a) *Amplexus civitates* . . . *partus classe exploravit*. Aliqui pro *amplexus* habent *amplas*. Pichena a conjectura pro *portus* dederat *prius*.

(b) *Hinc auctus Oceanus*. Magnifice dictum, ut censet Gronovius; ab his addita provinciæ regio ampla terrarum, ab illis, quod Oceani Romanum agnoscebat imperium, promotum auctumque, et ingens ei accessio facta. Pichena primus dedit, *victus Oceanus*, nimis exiliter.

movimento di tutte quelle nazioni, e le strade infestate dal nemico, volle esplorare i porti colla flotta, che formando una parte delle sue forze con bella mostra il seguiva; guerreggiandosi per terra insieme e per mare, e unendosi spesso ne' quartieri medesimi i soldati di mare e di terra, i quali magnificavano con vicendevole allegrezza le loro imprese, i lor casi; e con militar baldanza paragonavano or la profondità delle selve e de' monti colle tempeste e i travagli dell' Oceano, or il nemico vinto per terra col dominio steso per mare. Anche i Britanni, come dai prigionieri si riseppe, al veder questa flotta stupivano; come se scoperto il nascondiglio del loro mare si chiudesse ai vinti l' ultimo scampo. Gli abitanti adunque di Caledonia s' armarono con grand' apparecchio: e dicendosi oltre il vero, come nelle cose non conosciute addiviene, che andavano i primi ad assalire i castelli, spaventarono, come fa chi provoca, i nostri. I pigri affettando prudenza consigliarono a ritirarsi e tornar di quà da Bodotria prima d'esserne cacciati. Frattanto Agricola risaputo che il nemico maggior di numero e più pratico de' luoghi verrebbe da più ban-

(c) *Majore fama .... oppugnasse*, i. e. quod oppugnassent ultro.

*ro, et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tres partes exercitu incessit.*

Caledonii nonam legionem adgrediuntur: cedunt territi.

XXVI. *Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio, universi nonam legionem, ut maxime invalidam, nocte adgressi, inter somnum ac trepidationem cæsis vigilibus, inrupere. Jamque in ipsis castris pugnabant, cum Agricola, iter hostium ab exploratoribus edoctus, et vestigiis insecutus, velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium jubet, mox ab universis adjici clamorem: et propinqua luce fulsere signa: ita ancipiti malo territi Britanni: et Romanis redit animus; ac securi pro salute, de gloria certabant: ultro quin etiam erupere: et fuit atrox in ipsis portarum angustiis prœlium, donec pulsi hostes; utroque exercitu certante, his ut tulisse opem, illis, ne eguisse auxilio viderentur. Quod nisi paludes et silvæ fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.*

de, per non esser colto in mezzo, marciò anch' esso coll' esercito in tre parti diviso.

*I Caledonj assalgono la nona legione: poi atterriti cedono.*

XXVI. Ne furono informati i nemici, e mutato subitamente consiglio tutti assaltaron di notte la nona legione, come la più debole delle altre; e fatte a pezzi le sentinelle tra lo spavento ed il sonno penetraron tant'oltre, che già combattevasi negli stessi quartieri: quando Agricola risaputo dalle spie il cammin de' nemici gl' insegui sulle lor orme, comandando ai più veloci fanti e cavalli che assalendoli alle spalle alzasser tutti insieme le grida. Sull'albeggiar del giorno folgoraron le insegne; e spaventati da doppio attacco i Britanni si rincoraroro i Romani, che sicuri omai della vita e combattendo per la gloria corsero i primi ad attaccarli. Atroce fu la battaglia sulle angustie stesse delle porte, finchè fu rispinto il nemico; gareggiando gli eserciti, l' uno per mostare di aver recato soccorso, l'altro per non parere di averne avuto bisogno. E se le paludi e le selve non ricoprivano i fuggitivi, avria quella vittoria posto fine alla guerra.

Redit tamen animus; conspirantque civitates.

XXVII. *Cujus constantia* (a) *ac fama ferox exercitus*, nihil virtuti suæ invium: penetrandam Caledoniam, inveniendumque tandem Britanniæ terminum, continuo prœliorum cursu, *fremebant*. *Atque illi modo cauti ac sapientes, prompti post eventum ac magniloqui erant*. *Iniquissima hæc bellorum conditio est: prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur*. *At Britanni non virtute, sed occasione et arte ducis rati* (b), *nihil ex arrogantia remittere, quo minus juventutem armarent, conjuges ac liberos in loca tuta transferrent, cœtibus ac sacrificiis conspirationem civitatum sancirent*. *Atque ita inritatis utrimque animis discessum*.

Usipiorum cohors miro casu Britanniam circumvecta.

XXVIII. *Eadem æstate cohors Usipiorum, per Germanias conscripta, et in Britanniam*

(a) *Cajus constantia*. Mallemus cum Lipsio *conscientia*.
(b) *Non virtute, sed . . . arte ducis rati*. Hæret sententia. Explebat Lipsius, *non ut virtute, sed . . . arte ducis superati*. Mellius Ernestus, *non virtute, sed . . . arte vicisse* scil. Romanos *rati*.

*I Britanni ripiglian coraggio: le città si collegano.*

XXVII. Per la gloria di tal costanza inferocito l'esercito si vantava *nulla essere impenetrabile al suo valore; doversi penetrar nella Caledonia, e con corso non interrotto di battaglie trovar il termine della Britannia*. E quei che poc'anzi affettavano accortezza e prudenza divenner dopo il successo baldi e millantatori. Pessima condizion delle guerre! ciascun si appropria le vittorie, le sconfitte s'imputano a un solo. Ma i Britanni attribuendo lor rotta non al valore, ma alle circostanze e all'astuzia del capitano, egualmente orgogliosi che prima armarono la gioventù, trasportarono in luoghi sicuri le consorti e i figliuoli, e con adunanze e sagrificj strinser lega colle città. Così cogli animi irritati gli uni e gli altri si ritirarono.

*Mirabil caso d'una coorte d'Usipj aggiratasi per la Britannia.*

XXVIII. Grande e memorando eccesso commise nella medesima state una coorte di Usipj

*transmissa, magnum ac memorabile facinus ausa est. Occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam immixti manipulis, exemplum et rectores habebantur, tres liburnicas, adactis per vim gubernatoribus, adscendere: et uno remigrante, suspectis duobus, eoque interfectis, nondum vulgato rumore, ut miraculum provehebantur: mox hac atque illa rapti, et cum plerisque Britannorum, sua defensantium, prœlio congressi, ac sæpe victores, aliquando pulsi, eo ad extremum inopiæ venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur: atque ita circumvecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi navibus, pro prædonibus habiti, primum a Suevis, mox a Frisiis intercepti sunt: ac fuere, quos per commercia venumdatos, et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos, indicium tanti casus inlustravit. Initio æstatis Agricola, domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit. Quem casum neque, ut plerique fortium virorum, ambitiose, neque per lamenta rursus ac mœrorem muliebriter tulit: et in luctu bellum inter remedia erat.*

arrolata per le Germanie, e condotta in Britannia. Uccisi il centurione e i soldati, che misti fra loro gli addestravan coll'arte e coll'esempio alla milizia, s'imbarcarono su tre navi sforzando i piloti; de' quali uno fuggito, e trucidati gli altri due come sospetti, erano non ancor divolgato il fatto trasportati non senza maraviglia per mare. Poi sbalzati quà e là, e azzuffatisi più volte co' Britanni, che difendevano il lor paese, spesso vincitori, talor vinti vennero finalmente a tal miseria, che si mangiavano prima i più deboli fra loro, poi i tratti a sorte. E così aggiratisi intorno alla Britannia, e perdute alquante navi per non saperle guidare, furon sorpresi quai corsali prima dai Suevi, poi dai Frisj. La notizia sparsa di sì gran caso ne fece riconoscere alcuni, che venduti dai mercatanti e barattati dai compratori furon fino alle nostre spiagge condotti. Sul principio della state Agricola, mortogli un figlio d'un anno, mitigò il dolore di questo colpo domestico non con affettata costanza, come i più degli uomini forti, nè con piagnistei femminili, ma col conforto che gli somministrava la guerra.

Calgacus bellum parat; montemque Grampium occupat.

XXIX. *Igitur præmissa classe, quæ pluribus locis prædata, magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos, et longa pace exploratos addiderat, ad montem Grampium pervenit, quem jam hostes insederant. Nam Britanni, nihil fracti pugnæ prioris eventu, et ultionem aut servitium exspectantes, tandemque docti, commune periculum concordia propulsandum, legationibus et fœderibus omnium civitatum vires exciverant. Jamque super triginta millia armatorum aspiciebantur, et adhuc adfluebat omnis juventus, et quibus cruda ac viridis senectus, clari bello, ac sua quisque decora gestantes: cum inter plures duces virtute et genere præstans, nomine Calgacus, apud contractam multitudinem, prælium poscentem, in hunc modum locutus fertur.*

*Calgaco prepara la guerra, ed occupa il monte Grampio.*

XXIX. Mandata adunque innanzi la flotta, perchè dando il guasto a più paesi li tenesse tra l'incertezza e lo spavento, egli coll'esercito già pronto e accresciuto de' più forti e per lunga pace sperimentati Britanni, giunse al monte Grampio occupato già da' nemici. Perocchè i Britanni niente abbattuti dall'esito della passata battaglia, aspettandosi o vendetta o servitù, e persuasi finalmente non potersi altrimenti allontanare il comun rischio che colla concordia, avean sollevato con ambascierie e con leghe le forze di tutte le città. Già più di trentamila armati erano accorsi, ed accorrevano ancor tutti i giovani, e i vecchi robusti e vegeti, famosi in guerra ed ornati colle insegne de' lor gradi: quando il primo fra i molti capitani per valore e nobiltà chiamato Calgaco, così si dice che alla moltitudine radunata e chiedente battaglia parlasse.

## Egregia ejus oratio.

XXX. Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est, hodiernum diem, consensumque vestrum, initium libertatis totius Britanniæ fore. Nam et universi servitutis expertes: et nullæ ultra terræ, ac ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romana: ita prœlium atque arma, quæ fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt. Priores pugnæ, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant: quia nobilissimi totius Britanniæ, eoque in ipsis penetralibus siti, nec servientium litora aspicientes, oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. Nos, terrarum ac libertatis extremos, recessus ipse ac sinus famæ in hunc diem defendit: nunc terminus Britanniæ patet: atque omne ignotum pro magnifico est. Sed nulla jam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa: et infestiores Romani (a): quorum superbiam fru-

(a) *Et infestiores Romani*. Sic Rhenanus emendavit. Alii *inferiores Romani*. Vulgati inde a Lipsio habent *interiores*, errore operatum pro *inferiores*, quod restituit Ernestus.

## *Parlata egregia di Calgaco.*

XXX. *Qualora io penso alle cagioni e necessità che abbiam di far guerra, tengo per certo che questo giorno e questa vostra concordia saranno a tutta la Britannia principio di libertà. Perocchè non abbiamo altra terra, ove fuggire la servitù non mai provata da noi; nè il mare stesso è sicuro, soprastandoci la flotta Romana: così la battaglia e le armi, che sono l'onor de' forti, divengono anche la sicurezza de' vili. Le passate battaglie, in cui s'è combattuto con varia fortuna contro i Romani, dipendevano al fine dalle nostre forze e soccorsi: perchè, essendo noi i più nobili di tutta la Britannia, e perciò collocati in questa interna sua parte, ove non veggiamo i lidi degli schiavi, la presenza de' padroni non contaminava neppur i nostri occhi. Ritirati e appena noti per fama in queste ultime terre, ultimi sostenghiamo la libertà: or questa estremità della Britannia è già aperta; e le cose di là da noi, siccome non conosciute, si credon grandi: ma non v'è altra gente, non v'è altro che flutti o scogli: di quà poi più dannosi di questi i Romani; la cui superbia non*

stra per obsequium et modestiam effugeris: raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terræ, et mare scrutantur: si locuples hostis est, avari: si pauper, ambitiosi: quos non Oriens, non Occidens, satiaverit: soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt: auferre, trucidare, rapere falsis nominibus *imperium*; atque ubi solitudinem faciunt, *pacem* appellant.

XXXI. Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per delectus, alibi servituri, auferuntur: conjuges sororesque etsi hostilem libidinem effugiant, nomine *amicorum* atque *hospitum* polluuntur. Bona fortunasque in tributum egerunt; in annonam frumentum: corpora ipsa ac manus, silvis ac paludibus emuniendis, inter verbera ac contumelias, conterunt. Nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur. Britannia servitutem suam quotidie pascit. Ac sicut in familia recentissimus quisque servorum et conservis ludibrio est: sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu, novi nos et viles in excidium petimur. Neque enim arva nobis, aut metalla, aut portus sunt, quibus exercendis re-

*fuggiresti con qualunque ossequio e modestia. Ladroni del mondo poichè non hanno più terre da devastare vanno frugando per mare: avari se il nemico è ricco, ambiziosi se povero: non l' Oriente, non l' Occidente li sazierebbe: soli bramano con pari ingordigia l'altrui ricchezze e povertà: i ladronecci, le stragi, le rapine, impero, e la desolazion de' paesi con falsi nomi chiamano pace.*

XXXI. *I proprj figli e congiunti volle natura che a ciascuno fosser carissimi: essi arrolandoli alla milizia li strascinano altrove a servire: se non posson come nemici, come amici ed ospiti svergognano le altrui mogli e sorelle. Cangiano i beni in tributi, in annona i raccolti: straziano i corpi stessi e le braccia ne' lavori delle selve e delle paludi tra le percosse e le ingiurie. Gli schiavi nati a servire son venduti una volta, e dai lor padroni pasciuti: la Britannia ogni dì compra, ogni dì pasce la sua schiavitù. E come nelle famiglie il servo più nuovo è schernito ancora dagli altri servi, così tra le nazioni già da gran tempo fatte schiave da loro, noi ultimi e vili sarem destinati allo strazio; non potendo essere riserbati ai lavori delle campagne, delle miniere, de' porti che non abbiamo. Non piac-*

servemur. Virtus porro ac ferocia subjectorum ingrata imperantibus: et longinquitas ac secretum ipsum quo tutius, eo suspectius. Ita, sublata spe veniæ, tandem sumite animum, tam quibus salus, quam quibus gloria carissima est. Trinobantes (a), femina duce, exurere coloniam, expugnare castra, ac, nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere jugum potuere: nos integri et indomiti, et libertatem non in præsentia laturi (b), primo statim congressu non ostendamus, quos sibi Caledonia viros seposuerit?

XXXII. An eamdem Romanis in bello virtutem, quam in pace lasciviam adesse creditis? Nostris illi dissensionibus ac discordiis clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt: quem contractum ex diversissimis gentibus, ut secundæ res tenent, ita adversæ dissolvent. Nisi si Gallos, et Germanos, et (pudet dictu) Britannorum plerosque, licet dominationi alienæ sanguinem commodent, diutius tamen hostes quam servos, fide et affectu teneri putatis: metus et terror est, infirma vincula caritatis: quæ ubi removeris, qui timere desierint, odis-

(a) *Trinobantes*, Vulgo *Brigantes*. Mutavit Camdenus ex Annal. 14, 35 nam *Brigantes* procul a colonia Camaloduno,

(b) *Et libertatem non in præsentia laturi*. Locum sic refingit Ernestus, *et libertatem in præmium laturi, non prima statim congressione ostendamus ec.*

*ciono ai padroni sudditi che hanno valore e ferocia; e quanto più questo nostro ritiro è lontano e sicuro, tanto è ancor più sospetto. Or che non avete speranza più di perdono, fatevi al fin coraggio tanto voi che la vita, quanto voi che amate la gloria. I Trinobanti guidati da una femmina poteron bruciare una colonia, espugnare un campo; e avrebbero, se la felicità non gli privava di senno, scosso il giogo: e noi non già per racquistare (11), ma per conservare una libertà intatta nè mai doma, non mostrerem noi al primo scontro coi nemici quali uomini s'è riserbati la Caledonia?*

XXXII. *Credete voi che sieno i Romani come insolenti in pace così prodi in guerra? Son essi famosi per le nostre discordie; e degli errori de' nemici fann'essi la gloria di quel loro esercito, che composto di diversissime genti siccome per la prosperità si conserva, così sarà dalla disgrazia disciolto. Seppur non credete che i Galli e i Germani e molti (mi vergogno a dirlo) Britanni, benchè per una signoria straniera spargano il sangue, pure essendo stati più tempo lor nemici che servi, sieno uniti con essi per fede ed affetto, e non piuttosto per paura e spavento, deboli legami d'amore; rotti i quali chi lascia di temere in-*

se incipient. Omnia victoriæ incitamenta pro nobis sunt: nullæ Romanos conjuges accendunt: nulli parentes fugam exprobraturi sunt: aut nulla plerisque patria, aut alia est. Paucos numero, circum trepidos ignorantia, cælum ipsum, ac mare, et silvas, ignota omnia circumspectantes, clausos quodammodo ac vinctos dii nobis tradiderunt. Ne terreat vanus aspectus, et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit, neque vulnerat. In ipsa hostium acie inveniemus nostras manus: agnoscent Britanni suam causam: recordabuntur Galli priorem libertatem: deserent illos ceteri Germani, tamquam nuper Usipii reliquerunt. Nec quidquam ultra formidinis: vacua castella, senum coloniæ, inter male parentes et injuste imperantes, ægra municipia et discordantia. Hic dux, hic exercitus: ibi tributa et metalla, et ceteræ servientium pœnæ, quas in æternum proferre, aut statim ulcisci, in hoc campo est. Proinde ituri in aciem, et majores vestros, et posteros cogitate.

*comincia ad odiare. Tutto per noi è sprone a vincere; laddove i Romani non han mogli che li accendano, non genitori che ne sgridin la fuga: i più non han patria o l'hanno altrove. Pochi di numero, atterriti, non pratici, riguardanti il cielo stesso, il mare, le selve, tutte cose nuove per loro, gli Dei ce li han dati nelle mani quasi chiusi e legati. Non vi abbagli la lor vana apparenza, il fulgor del loro oro ed argento, che non difende nè ferisce. Combattendo con essi rinverremo i nostri Britanni, e riconosceranno la propria causa: i Galli rammenteranno l'antica libertà; i Germani gli abbandoneranno come han fatto gli Usipj. Nè v'è altro da temere: i lor castelli son voti, piene di vecchi le colonie, i municipj, tra chi contro voglia ubbidisce, e chi ingiustamente comanda, deboli e discordi. Qui capitano, qui esercito: là tributi, cave, ed altri strapazzi da schiavi, de' quali o l'eterno prolungamento o la pronta vendetta dipende da questo campo. Correte dunque all'armi, e pensate ai vostri maggiori, ai vostri posteri.*

Romanos quoque adloquitur Agricola.

XXXIII. *Excepere orationem alacres, et barbari moris cantu, et fremitu, clamoribusque dissonis. Jamque agmina, et armorum fulgores, audentissimi cujusque procursu: simul instruebantur acies: cum Agricola, quamquam lætum et vix munimentis coercitum militem accendendum adhuc ratus* (a), *ita disseruit*: Octavus annus est, commilitones, ex quo virtute et auspiciis imperii Romani, fide atque opera vestra Britanniam vicistis. Tot expeditionibus, tot prœliis, seu fortitudine adversus hostes, seu patientia ac labore pæne adversus ipsam rerum naturam opus fuit, neque me militum, neque vos ducis pænituit. Ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniæ, non fama, nec rumore, sed castris et armis tenemus. Inventa Britannia, et subacta. Equidem sæpe in agmine, cum vos paludes, montesve, et flumina fatigarent, fortissimi cujusque voces audiebam, *quando dabitur hostis, quando acies?* Veniunt, e latebris suis extrusi: et vota virtus-

(a) *Et vix munimentis coercitum militem accendendum adhuc ratus*. Alii legunt, *et vix monitis coercitum militem adhuc ratus*. Emendat Gronovius, *et vix munimentis coercitum militem adhortaturus*.

*Agricola ancora anima i suoi.*

XXXIII. Accolsero allegramente questo discorso con canti e fremiti e discordanti grida all' uso de' barbari. E già correndo innanzi i più arditi, marciavan le schiere, folgoravan le armi, s' ordinava la battaglia: quando Agricola, benchè lieti fossero i suoi soldati e potesse appena tratteherli entro i ripari, stimò bene infiammarli così. *Corre l' ottavo anno, o compagni, da che secondando voi coll' opera e fede vostra la virtù e l'autorità dell' impero Romano vinceste la Britannia. In tante imprese e battaglie, o bisognasse fortezza contro i nemici, o pazienza nelle fatiche quasi contro la stessa natura, nè io mi dolsi de' soldati, nè voi del capitano. Or oltrepassando i termini io de' legati, voi degli eserciti antichi non più per voce o per fama conosciamo, ma col campo e coll'armi occupiamo l'estremità della Britannia. Noi l' abbiamo scoperta, noi vinta. Io stesso, quando voi marciavate a stento fra le paludi e le montagne ed i fiumi, udiva spesso dire ai più forti:* e quando troveremo, quando combatteremo il nemico? *Eccolo tratto fuori de' suoi nascondigli: non han più ostacolo*

que in aperto, omniaque prona victoribus, atque eadem victis adversa. Nam ut superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse æstuaria, pulchrum ac decorum in frontem; ita fugientibus periculosissima, quæ hodie prosperrima sunt. Neque enim nobis aut locorum eadem notitia, aut commeatuum eadem abundantia: sed manus, et arma, et in his omnia. Quod ad me attinet, jam pridem mihi decretum est, neque exercitûs, neque ducis terga tuta esse. Proinde et honesta mors turpi vita potior; et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt; nec inglorium fuerit, in ipso terrarum ac naturæ fine cecidisse.

XXXIV. Si novæ gentes atque ignota acies constitisset; aliorum exercituum exemplis vos hortarer: nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. Ii sunt, quos proximo anno, unam legionem furto noctis adgressos[1], clamore debellastis: ii ceterorum Britannorum fugacissimi: ideoque tamdiu superstites. Quomodo silvas saltusque penetrantibus fortissimum

*i vostri voti, la vostra virtù: tutto, se vincerete, vi sarà facile, tutto, se vi fate vincer, malagevole. Perocchè siccome i gran viaggi che voi compiste, le selve che attraversaste, le paludi onde sfangaste, sono, se voi marciate innanzi, belle ed onorate cose per voi, così, se voi fuggiste, ciò ch' oggi è per voi somma fortuna, diverrebbe sommo pericolo. Che non abbiam già noi egual pratica de' luoghi, non eguale abbondanza di viveri: abbiam mani ed armi, e in queste tutto. Io per me già da gran tempo son persuaso che fuga non salva nè esercito nè capitano. Laonde è meglio morir con onore che vivere con vergogna: ov'è onore ivi è vita; e se si morisse in questo confin della terra e della natura non si morrebbe già senza gloria.*

XXXIV. *Se doveste affrontar genti nuove ed ignote, io vi conforterei coll' esempio degli altri eserciti: or rammentate le vostre glorie, interrogate i vostr' occhi; e vi diranno questi esser quelli che l'anno scorso assaliron di notte furtivamente una legione, e voi gli sterminaste sol colle grida; quei che da tanto tempo scampan da voi, perchè più degli altri Britanni sanno fuggire. Come penetrando i cacciatori nelle boscaglie le belve più generose*

quodque animal contra ruere, pavida et inertia ipso agminis sono pelluntur; sic acerrimi Britannorum jam pridem ceciderunt: reliquus est numerus ignavorum et metuentium: quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt novissimi: res et extremo metu corpora defixere in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis. Transigite cum expeditionibus: imponite quinquaginta annis magnum diem: adprobate reipublicæ, numquam exercitui imputari potuisse, aut moras belli, aut causas rebellandi.

Atrox cruentumque prœlium.

XXXV. *Et adloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, et finem orationis ingens alacritas consecuta est, statimque ad arma discursum. Instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent: equitum tria millia cornibus adfunderentur: legiones pro vallo stetere, ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellanti, et auxilium, si pellerentur. Britannorum acies in speciem simul ac*

*corrono incontro alla morte, le più vili sen fuggono al solo fracasso; così i più feroci Britanni già da gran tempo sono estinti; nè vi rimane che la turba timida e imbelle: la qual da voi sorpresa dopo gli altri non resiste già, ma immobile per l' estremo spavento s' è in questo luogo arrestata, perchè il luogo fosse d' una vostra bella e famosa vittoria. Ponete fine alle imprese: coronate con questo giorno il cinquantesimo anno, e dimostrate alla repubblica che quest' esercito non ha mai tratto a lungo la guerra, nè dato ad altri motivo di ribellione.*

*Battaglia atroce e sanguinosa.*

XXXV. Mentre Agricola parlava ancora, sfavillava sul volto de' soldati l' ardore, a cui successe, poichè ebbe finito, una viva allegrezza. Corron con impeto all' armi; ed egli in mezzo alla lor foga così gli ordinò. Pose ottomila fanti ausiliarj, che tanti eran, nel mezzo, tremila cavalli ne' corni: lasciò le legioni innanzi al campo, per maggiormente illustrare la sua vittoria, se l' otteneva senza sangue Romano, o per soccorso degli altri se fossero stati rispinti. I Britanni per mostra insieme e terrore si dis-

*terrorem editioribus locis constiterat*, *ita ut primum agmen æquo*, *ceteri per acclive jugum connexi velut insurgerent*: *media campi covinarius* (a) *et eques strepitu ac discursu complebat*. *Tum Agricola*, *superante hostium multitudine*, *veritus*, *ne simul in frontem*, *simul et latera suorum pugnaretur*, *diductis ordinibus*, *quamquam porrectior acies futura erat*, *et* arcessendas *plerique* legiones *admonebant*, *promptior in spem*, *et firmus adversis*, *dimisso equo pedes ante vexilla constitit*.

XXXVI. *Ac primo congressu eminus certabatur*: *simul constantia*, *simul arte Britanni*, *ingentibus gladiis*, *et brevibus cetris*, *missilia nostrorum vitare*, *vel excutere*, *atque ipsi magnam vim telorum superfundere*: *donec Agricola tres Batavorum cohortes*, *ac Tungrorum duas cohortatus est*, *ut rem ad mucrones ac manus adducerent*: *quod et ipsis vetustate militiæ exercitatum*, *et hostibus inhabile*, *parva scuta et enormes gladios gerentibus*. *Nam Britannorum gladii sine mucrone complexum armorum*, *et in arcto pugnam* (b) *non tolerabant*. *Igitur*, *ut Batavi miscere ictus*, *ferire umbonibus*, *ora fœdare*, *et tractis*, *qui in æquo obstiterant*, *erigere in colles*

(a) *Covinarius*. Covinarii sunt essedarii.

(b) *Ex in arcto pugnam*. Sic legendam cum Lipsio. Alii, *et in aperto pugnam*

posero in luoghi eminenti: le prime file occupavano le falde, le altre ristrette si sollevavano gradatamente sull'erta: i carri e i cavalli strepitando e correndo empievano il mezzo. Agricola temendo, non il nemico maggior di numero lo assalisse di fronte insieme ed ai fianchi, slargò le file; e benchè si diradasse così l'ordinanza, e lo consigliassero molti a chiamar le legioni, ei pronto a sperare e fermo negli ostacoli smontò da cavallo, e si pose innanzi alle insegne.

XXXVI. Nel primo attacco si combattè di lontano: i Britanni armati di lunghe spade e corti brocchieri schivavano o respingevano con pari arte e costanza i tiri de' nostri, e scagliavan sopr'essi un nembo di frecce: quando Agricola esortò tre coorti di Batavi e due di Tungri a venire alle mani e ferir di punta: arte di combattere ad essi per lungo uso ben nota, e impraticabile ai nemici, che piccioli scudi portando e spade enormi e spuntate non potean ben maneggiarle combattendo allo stretto. Tostochè i Batavi doppiando i colpi, ferendo colle punte degli scudi, sfregiando i volti, e sbaragliando (12) quei che resistevan nel piano, guadagnarono il colle, le altre coorti o per

*aciem cœpere ; ceteræ cohortes , æmulatione et impetu commistæ , proximos quosque cædere : ac plerique semineces , aut integri , festinatione victoriæ, relinquebantur. Interim equitum turmæ fugére* (a) , *covinarii peditum se prœlio miscuere: et quamquam recentem terrorem intulerant , densis tamen hostium agminibus , et inæqualibus locis hærebant : minimeque equestris ea pugnæ facies erat* (b) , *cum ægre diu stantes , simul equorum corporibus impellerentur , ac sæpe vagi currus , exterriti sine rectoribus equi , ut quemque formido tulerat , transversos , aut obvios incursabant .*

XXXVII. *Et Britanni , qui adhuc pugnæ expertes summa collium insederant , et paucitatem nostrorum vacui spernebant , degredi paullatim , et circumire terga vincentium cœperant : ni idipsum veritus Agricola quatuor equitum alas , ad subita belli retentas , venientibus opposuisset , quantoque ferocius accurrerant , tanto acrius pulsos in fugam disjecisset . Ita consilium Britannorum in ipsos versum : transvectæque præcepto ducis a fronte pugnantium alæ , aversam hostium aciem invasere . Tum*

